

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Liber septimus

urn:nbn:de:bsz:31-67095

rent. Captis deinde Numantinis & Vretho, nouissimeq; Sertorio maclato, ultimisq; uastatis Cantabris ab Cæsare Augusto, exteriorem & interiorem Galliam totam cum Liguria, primum quidem particulatim adepti sunt, postea diuus Cæsar, dehinc Augustus communi bello pariter ceperunt. Hoc uero tempore aduersus Germanos belligerant, ab hisce propinquis incitati locis, unde quibusdā iam triumphis decoratam fecere patriā. Oram Africę, nisi quę Carthaginensibus subiecta est, regibus & illis quidem subditis cōmiserunt, qui cū desciuere extincti sunt. Nunc sub Iubæ regno consistit, & Mauritania & cætera Libyę partes plurimę, ^{tuba.} propter illius in Romanum populum beneuolentiam & amicitiam. Similia & de Asia contingere. Siquidē initio per reges Romanis obedientes gubernabatur, postmodum cum illi defecissent, ut reges Attalici, Syri, Paphlagones, Cappadoces & Ægyptij rebellantes, ac postea destructi, quemadmodum & de Mithridate Eupatore casu tulit, & de Ægypti regina Cleopatra. Cuncta sanē intra Phasin & Euphratem præter Arabes aliquos, Romanum possidet imperium, & ab eis reges designati. Armenij uero & ultra Colchos iacentes Albani & Iberi sola ducum præsentia indigentes, bene quidem sese continent. Cæterum cum Romani uarijs implicentur negotijs, rebus student nouis, qualiter & ij, qui trans Istrum & Euxinum pontum accolunt, præter Bosphoranos & Nomades ritu pastorū uagos, qui partim obtemperant, partim ad omnem uitæ cōmunionem sunt profus inuitiles, præsidijs tantū indigentes. Reliquā plagam tenent pastores, & qui sub tentorijs uitam ^{Nomades.} agitant longe seorsum habitātes. Parthi uero finitimi tam immensis ualentes opibus, Romanis tamen & ætatis nostrę principibus subdidere colla, & Imperatorū maiestati cessere. Itaq; non modo trophæa, quę quondam de Romanorum cladi- ^{Parthi.} bus erexerant, Romam transmisere, sed etiam Phraates rex Cæsari Augusto filios ^{Phraates rex.} credidit, & natorum natos obsides exhibuit, ut obseruandam coleret amicitiam. Illis enim his annis ambiunt, quempiam qui eis imperet à Roma sæpenumero flagitantes. Et fermē propius adsunt, ut uniuersum eorum potentatū Romano subijciant imperio, & ipsam quoq; Italiam seditionibus sæpius agitaram, ex quo in Romanam ditionem redacta est. Quin & Romam ipsam ciuilibus moderationis & Imperatorum uirtus continuit, & ne ad maiorem delictorū & uastationis cumulum prolaberetur, inhibuit. Arduū sanē atq; difficile est alio pacto tale regere imperiū, quā si uni perinde ac parenti procuratio demandetur. Nunquam igitur tanta pacis facultas, tantaq; bonorum copia Romanis, & eis societate foederatis affuit, quantam Cæsar suppeditauit Augustus, ex quo perfectam & absolutam dignitatis potestatem accepit, & hoc tempore successor eius filius præstat Tiberius, illum sibi gubernandi & edictorum normam exemplarq; constituens. Nec minus eundem ipsius filij Germanicus, Drususq; suam genitori nauāt operam.

ARGVMENTVM SEPTIMI LIBRI.

Septimus liber reliquas Europę partes explicat, sunt autem hæ quę orientem spectant ultra Rhenum usq; Tanain & Maxotidis paludis ostium, quęq; inter sinum Adriaticū, & sinistras maris Pontici partes Ister accipit, ad austrum usq; in Græciam atq; Propontidem, in quibus & tota Macedonia continetur.

STRABONIS

GEOGRAPHICORVM

LIBER SEPTIMVS.



Ister.

Tyra.
Borysthenes.

Tyrregeta.

Germani.

Albis.

Amasia.
Drusus.
Bucteri.

VM à nobis de Hispania, deq̄ Gallicis, Italicisq̄ gentibus cum uicinis insulis, dictū sit, deinceps reliquæ partes Europæ uidentur enarrandæ, eo quo se modo facultas obtulerit partiendo. Restant autem quæ ad orientē trans Rhenum, usque Tanain loca spectant, & Mæoticæ paludis ostium, quæq̄ inter Adriaticum sinum, & sinistras Pontici maris oras Ister capit in austrum usque in Græciam atque Propontidem. Ister enim duas in partes proxime terram prædictam diuidit uniuersam, cunctos Europæ fluuios magnitudine superans, à primordio sui in austrum labitur, inde ab occidente statim ad orientem curuatur in pontum. Oritur autem ab extremis Germaniæ partibus ab occasu, prope sinum Adriaticum, procul ab illo stad. circiter mille. Finitur autem in Ponto non longe admodum ab Tyræ ac Borysthenis eruptionibus, paululum in septentrionem uergens. Spectantes quidem in septentrionem Istri partes, sunt trans Rhenum regiones & Galliæ, quæ sunt Gallicæ gentes & Germaniæ, usq̄ ad Bastarnas & Tyrregetas, & Borystheni adiacentes oræ, quæ inter hunc & Tanain, & paludis ostium Mæotidis locantur. Itaq̄ mediterraneam ad oceanum extendit, & mari alluitur Pontico. In austrum uergentia sunt Illyrica & Thracia, & quæcunque de Gallicis istis admixta sunt, seu de plerisque alijs usque ad oras Græciæ. De tractu igitur extra Istrum primum dicamus. Multo enim, quàm cætera, quæ ad alterutram partem iacent, simpliciora sunt. Statim igitur regionem trans Rhenum ad ortum uergentem Germani colunt, nationem Gallicam paulisper imitantes, & feritatis abundantia & proceritate corporum & colore flauo, cum reliquis in rebus & forma & moribus, & uiuendi ritibus pares existant, quales Gallos diximus. Ideo Romani hoc illis nomen iure indidisse mihi uidentur, perinde ac eos fratres legitimos Gallis eloqui uoluerint. Legitimi nanque fratres Romano sermone germani intelliguntur. Primæ huius regionis partes sunt Rheno proximæ, ab ipsius ferè fontis initio, quoad in Pelagus infunditur. Et hæc est occidentalis plagæ latitudo uniuersa, quam flumen alluit, eius autem portionem quandam ad Galliam traduxere Romani, quædam uero in profundam regionem transmigrans peruenit, sicut & Marsi. Cæteri pauci sunt, & Sugamborum portio. Post uicinos autem anni accolos, & aliæ gentes sunt, inter Rhenum & Albin fluuium, qui ubique pariter ab eo distans, fluit in oceanum, non minus rem illo perlabens agrum. Inter sunt & amnes alij nauigijs permeabiles, è quibus est Amasia, in quo Drusus Bucteros nauali prælio superauit. Hi similiter ab austro ad aquilonem in oceanum elabuntur. Regio hæc uersus austrum extensa, quodam continens Alpibus dorsum efficit, ad orientem protensum, quasi quædam Alpium particula existat. Pleriq̄ autem hunc in modū ostenderunt, & propter situm antedictum, & cum eandem efferat materiam. Huius tamen tractus partes nequaquam

quam in tam
rum natio, ex
rum pleriq̄. In
alios plureis tr
hamiliori gra
Nam à iuueni
cia comparau
quos ante dixi
mos & Buro
plissimam, Ser
yluam habitat
e Rheno siquic
bin loca de pas
trans fluuium
hunc tractum
per agrorum i
regurjs habite
moniam, sicut
menta, quocū
alij Germanig
Chattuarij. A
bri, Cauci, Ca
unum ad Am
labens. Est &
ligeraret, dom
tes redegit, sed
Byrchanim ol
manos bella, n
desiderit, habi
exitisset, si Cel
ribus suis conc
ribus uersatur
sele contineret
Sugambri uic
li ductorem h
soluerent, ac de
perfidia magn
intulerunt, sic
ordines militu
obtruncati sur
præbueret iur
minarum, Ser
autem Armen
derum fractio
tinet. Eius fœ

quam in tam sublime extolluntur. In hoc tractu sita est Hercynia sylua, & Sueo-
rum natio, ex quibus nonnulli intra, aliqui extra syluam habitant, sicut & Colduo-
rum plerique. In quibus & Bubiemum Marobudi regia. Quem in locum ipse, cum
alios plureis traduceret incolas, suos cōterraneos Marcōmanos adegit. Is enim ex
humiliori gradu maiores ad res constitutus fuit, postquam è Roma regressus est.
Nam à iuuenilibus annis hic uersabatur, ubi ab Augusto Cæsare magna benefi-
cia comparauit, reueniens autem magnum adeptus est potentatum, & præter eos
quos ante dixi populos, Luio etiam uendicauit, gentem sanè permagnam, & Zu-
mos & Butones & Mugilones & Sibinos, & ipsorum Sueuorum nationem am-
plissimam, Semnones. Sueuorū natio, ut superius dixi, partim intra, partim extra
syluam habitat, Getarum contermina genti. Sueuorum quidem gens amplissima,
è Rheno siquidem usq; ad Albin peruenit fluuium, eorum portio etiam trans Al-
bin loca depascitur, quemadmodum Eumondori & Lancofargi, nunc autem isti
trans fluuium in fugam compulsi exciderunt. Commune autem est omnibus, qui
hunc tractum incolunt, ut aliò facile migrent, & propter uictus tenuitatem, & pro-
pter agrorum ignauiam colendorum, & propter inopiam pecuniarum. Cumq; in
tugurijs habitent, in diem habent supellectilem. Plurimam è pecoribus trahunt ali-
moniam, sicut & Nomades, eorumq; instar, domestica in carris tollentes instru-
menta, quocūq; fors tulit & opinio, suis cum armentis ꝑ conuertuntur. Sunt autem
alii Germaniæ populi indigentia magis laborantes, Cherusci, Chatti, Gamabrinii,
Chattuarii. Ad oceanum præterea pertinentes Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cim-
bri, Cauci, Caulci, Campsiani, cæteri q; complures. Bisurgis, & Lupias amnis in
unum ad Amasiam deferuntur stad. DC. à Rheno semotus, per Bucteros minores
labens. Est & Salas fluuius, inter quem & Rhenum, cum Drusus Germanicus bel-
ligeraret, domitis hostibus, uictor oppetit. Nec enim plurimas in potestatem gen-
tes redegit, sed etiam iacentes in medio nauigationis cursu, uicit insulas. Quarum
Byrchanim obsidione complexam cepit. Hæc natio propter suscepta contra Ro-
manos bella, nobilitatem adepta est. Postea cum in deditionem uenerit, rursusq;
desiderit, habitatasq; terras reliquerit, nomen assecuta est. Tametsi famæ maioris
extitisset, si Cæsar Augustus flumen Albin trāsire, & illic rebellantes adoriri, ducto
ribus suis concessisset. Modo autem faciliorem militandi uiam, in eo quod in ma-
nibus uersatur, bello suspicatus est, si ab ijs, qui extra flumen Albin quietem agitāt
se se contineret, nec eos ad inimicitiarum cōmunionem ultro lacefferet. Cæterum
Sugambri uicini Rheni amnis accolæ, belli exordia factitarunt, cum Melonem bel-
li ductorem haberēt, & exinde alij aliàs regni potentes disiderent, & bellum pace
soluerent, ac denuo desiderint proditis obsidibus & calcata fide. Aduersus illos
perfidia magnæ fuit utilitati. Quibus autem fides adhibita fuerat, ij magnas clades
intulerunt, sicuti Cherusci, & eorum ditioni subiecti. In quibus tres Romanorum
ordines militum cum Imperatore Quintilio Varo feederibus fractis per insidias
obtruncati sunt. Pœnas uero luerunt uniuersi, & Germanico iuniori clarissimum
præbuere triumphum. In quo illustrium uirorum ducta sunt corpora, simul & foe-
minarum, Semiguntus Segefti filius Cheruscorum ductor, & soror eius. Vxor
autem Armenij, cuius ductu & auspicio in Cheruscis conflatum est bellum, in foe-
derum fractione contra Quintilium instituta, qui nunc etiam bellum ipsum con-
tinet. Eius foeminae nomen est Thosnelda. Secum erat filius trimus Tumelicus

Hercynia syl.
Sueui.
Coldui.
Bubiemum.
Marcōmani.

Luij.
Zumi.
Butones.
Mugilones.
Sibini.
Semnones.
Getæ.
Sueui.

* diuertunt.
Germanorū de
migrationes.
Cherusci.
Chatti.
Gamabrinii.
Chattuarii.
Sugambri.
Chaubi.
Bucteri.
Cimbri.
Cauci.
Caulci.
Campsiani.
Bisurgis flu.
Lupias flu.

Salas.
Drusi mors.
Byrchanis.
Sugambri.

Cherusci.
Varus Quinti-
lius.
Germanicus.

Semiguntus.
Segeftus.
Armenius.
Thosnelda.
Tumelicus.

Aegimerus. nomine. Item Sefithacus Ægimeri filius Cheruscorum ductoris, eiusque uxor Rha-
Rhanis. mis, Vromiri filia, Battorum principis, Deutorixque Batoritis filius, Melonis fra-
Deutorix. tris, Sugambri filius, Ægestus quoque focer Armenij ab eo dissentiens, inchoan-
 te bello obseruato tempore transfuga ad Romanos transiuit. Et traductis in trium-
 pho cognatis patris aderat, honorifice ipse in ducendo habitus in ipsa pompa in-
Libys sac. cedebat. Et Libys Chattorum sacerdos, alijque mortales ex direptis gentibus protra-
Cathilci. hebantur, Cathilci, Ampfani, Bueteri, Nusipetes, Cherufci, Chattuarij, Chatti,
Ampfani. Landi, Subattij. Distat uero ab Albi Rhenus ad tria stad. millia, si quis per uias re-
cherufci. ctas cursum tenere possit. Nunc autem propter paludum syluarumque difficulta-
Chattuarij. tes, iter in gyrum suscipiendum est. At Hercynia sylua proceris frequens est arbor-
Landi. ribus, & munitissimis in locis ingentem admittens ambitum. In cuius medio sita
Subattij. est ora, ad habitandum accommoda, de qua sermonem fecimus. Cui quidem &
Hercynia syl- Istri & Rheni fontes proximi sunt. Inter utrunque lacus, & effusæ de Rheno pa-
ua. ludes. Ipsius autem lacus perimetros est supra trecenta stadia, spatium uero cir-
Rheni & Da- ca ducenta. Is habet insulam, qua uelut arce ad inuadendos Vindelicos commo-
nubij fontes. disime usus in naualibus pugnis Tiberius. Hæc autem simul & Hercynia sylua
Tiberius. magis quam Istri fontes in austrum uergit. Adeo ut è Gallia in Hercyniam syla-
 uam tendenti, prius lacum transire opus sit, deinde Istrum, postea iam per facilio-
 ra loca, montanasque planities ad Hercyniam sunt accessus. Cæterum Tiberius à la-
 cu unius diei progressus iter, Istri fontes aspexit. Ad eum lacum Rhæti paululum
Rhæti. adsunt, amplius Heluetij & Vindelici, & deserta Boiorum regio, usque ad Panno-
Heluetij. nios. Magis autem Luettij & Vindelici in montibus campos habitant. Rhæti ue-
Vindelici. ro & Norici usque ad Alpium summa tenent, & Italiam uersus inclinant, hinc Insu-
Boij. bribus, inde Cranis propinqui, & Aquileiæ tractui. Alia autem & in Sueuis illis
Luettij. sylua Gabreta nomine, ingens iacet. Ultra uero Hercynia est, quæ & ab istis tene-
Norici. tur. De Cimbris sanè nonnulla male differuntur, quædam uero mediocriter credi-
Gabreta sylua bilia. Haud enim huius generis causam admiseris, ut inde errabundi facti sint, ad la-
Cimbri. trociniaque conuersi, quia peninsulam habitantes, ingenti quadam inundatione
 compulsi, natalia loca deseruerint, quando consuetam prioribus annis etiamnum
 regionem inhabitant. Augusto quoque Cæsari lebetem plurima sibi sanctitate con-
 secratum dono miserunt, eius amicitiam postulantes, ut iniurias, quæ prius sube-
 rant obliuione delerent. Compotesque uotorum facti remearunt. Dictu profecto
 diculum est, ut homines ad euentus, quos perpetuo natura efficit, per dies singulos
 bis accidentes, indignati è patrio solo digrederentur. Res autem ficta esse uidetur,
 quod ingens adeo æstus obuenerit aliquando, ut reliquos excesserit. Incrementa
 quidem recipit oceanus, ac decrementa, cæterum ad casus huiusmodi, ordine in-
 stituta, atque definita. Minime etiam uere dixisse uidetur, qui ait Cimbro aduer-
 sus inundationes arma sumpsisse. Et qui dixit, Gallos intrepidus esse, ac negli-
 gentes, mergi domicilia tolerantes, dehinc ea ædificantes instaurare. Quodque ma-
 ior illis ex aquis quam ex armis uastitas accidit, ut Ephorus perhibet. Ipsa enim
 æstuariorum series, & uulgata regionis immersio, tales exhibere absurditates non
 debuit. Cum enim die quolibet hoc ipsum bis eueniat, ne semel quidem sentire id res
 fluentiæ munus à natura esse, & quidem innoxium, nec Cimbris solis, sed cun-
 ctis oceani accolis, quonam modo incredibile non est? Nec uero bene Clitarchus,
 qui equis insidentes ait, cum maris cernant impetum, equorum cursibus refuge-
 re,

re, interque fugie
 accolis obijcti
 ipsum mare pr
 nat, antequam
 sperato irrum
 mo, iure quide
 cis, quod latroc
 tin militiam ag
 bicus, cum Gr
 Hercyniam ha
 cum, a Boijsque
 le, mox Teurifi
 uiros quidem p
 flatas latrocini
 & ex eis præcip
 ro deleuere Ro
 transitu in Italia
 fuisse, scriptores
 ctis, consequen
 canus capillus
 nis incinctæ ze
 quos sternente
 rum. Habeb
 super lebetem iu
 taticinium ede
 nam acclimita
 pelles, tantis pu
 Germanoru
 Cogniti sunt au
 bus celeberrimi
 num spectat, ne
 que ad Caspij n
 mani Albin ip
 autem per long
 Ponti regio tot
 horum interuall
 alijs ex ordine p
 ue alios interme
 tecto carris utu
 oceanum usque
 habitatum sit,
 manos situm s
 ordine iacentib
 supra Pontum
 lago, neque si ac

re, interq̄ fugiendum prope esse, ut deprehendantur aquis. Accessum ipsum qui accolis obijcitur, nequaquam tanta celeritate fieri nouimus, cum sensim & latenter ipsum mare propinquet. Neque quod in dies efficitur, & uicinis omnibus † insonat, antequam spectetur, tantum terroris debet incutere, ut fuga perinde, ac ex insperato irrumpat, capeffenda sit. Hæc sunt quæ de rerum scriptoribus à Posidonio, iure quidem ac merito reprehenduntur. Nec male profecto coniecturam facit, quod latrocinaudo incertis errabundi sedibus Cimbri ad paludem usque Mæotiam militiam agitarint. Ab eis enim Cimmericus uocatus est Bosphorus, quasi Cimbricus, cum Græcorum lingua Cimmericos Cimbros nominent. Boios uero prius Hercyniam habitasse syluam asserit, & Cimbros agmine facto, hunc inuasisse locum, à Boijsq̄ eieptos, Istrum & Scordiscos gentem Gallicam petentes descendisse, mox Teuristas, & Thauriscos, & hos nationis Gallicæ, deinde Luetios adijisse, uiros quidem plurimo locupletes auro, cæterum in pace uitam agentes. Cumq̄ cõflatas latrocinij opes longe suis ampliores esse uideret, in Heluetios sese cõtulisse, & ex eis præcipue Tigrinos, & Toygenos, eosq̄ secum sollicitasse. Vniuersos uero deleuere Romani, & Cimbros, & alios tanti motus socios, partim in Alpium transitu in Italiam, partim extra Alpes. Huiusmodi autem Cimbrorum morem fuisse, scriptores commemorant, ut eorum uxoribus in militandi societate coniunctis, consequentes nonnullæ diuinationis peritæ sacerdotes adhærebant, quibus canus capillus erat, alba uestis, lintea è carbaso subter tunicam fibulis annexa, ahenis incinctæ zonis, pedes nudæ. Captiuis per castra strictis occurrebant ensibus, quos sternentes humi, ad aream pertrahebant craterem, uiginti capacem amphorarum. Habebant & pulpitem, quo agiler ascenso, tollentes in sublime captiuum, super lebeta iugulabant. Tum profuso in craterem sanguine, inde, cum stillaret, uaticinium edebant. Aliæ uero scisso uentre, intestina specularantur, suis uictoriam acclamantes. In ipsis uero certaminibus, extentas ad carrorum uelamina pelles, tantis pulsabant ictibus, ut ingenti cum horrore fragor efficeretur. Ea uero Germanorum regio, quæ ad aquilonem uergit, ut dixi, ad oceanum pertinet. Cogniti sunt autem qui ab exitu Rheni, usque ad Albin initium capiunt, è quibus celeberrimi sunt Sugambri, Cimbriq̄. Illa uero plaga, quæ trans Albin oceanum spectat, nobis prorsus est incognita. Nullum enim priorum, ad orientem usque ad Caspij maris ostium, hanc peregrisse nauigationem accepimus. Neque Romani Albin ipsum transcenderunt, nec ulli similiter iter pedestre susceperunt. Quod autem per longitudinem ad ortum tendentibus, Borysthenis, & Boreæ partes, & Ponti regio tota offertur, manifestum est quidem ipsis ex climatibus, & parallelorum interuallis. Verum enim uero quid ultra Germaniam existat, & quid de alijs ex ordine positis, siue Bastarnas appellare oporteat, ut plures arbitrantur, siue alios intermedios, seu Iazygas, seu Rhaxyalos, seu quoslibet alios, ex ijs qui protecto carris utuntur, non facile protulerim. Neque utrum tota longitudine, ad oceanum usque pertineant, uel si aliquid ob frigoris rigorem causamue aliam inhabitatum sit, uel si aliud etiam mortalium genus inter mare, orientalesq̄ Germanos situm succedat. Hoc sanè ipsum incognitum, & de cæteris ad aquilonem ordine iacentibus dixit. Nec enim Bastarnas, nec Sauromatas, & generaliter ullos supra Pontum habitantes, nouimus, nec quantum ab Atlantico remoti sint pelago, neque si ad illud propinqui sunt. Australis uero pars Germaniæ trans Albin

*η) w&σip τ'ραυ=

209.

Cimmerius
Bosphorus.
Boij.
Scordisci.Thaurista.
Thaurisci.
Luetij.Tigrini.
Toygeni.Cimbrorum
mos.Sugambri.
Cimbri.Bastarnæ.
Iazyges.
Rhaxyalij.
Hamaxiti.

Sueti. fluuium, quæ quidem contigua est, à Sueuis adhuc tenetur. Deinde Getarū mox
 Geta. terra copulatur, principio quidem angusta, ad Istrum porrecta, qua plagam spe-
 ctat australem. Cōtra uero ē regione ad montanam Hercyniæ syluæ radicem, pars
 montium in ea continetur. Postmodum extenditur latius ad aquilonem usque ad
 Tyrthegetas. Certos uero terminos proferre non possumus, uerum propter isto-
 rum ignorantem locorum, qui Rhiphæos montes & Hyperboreos fabulando
 narrauere, digni quorum sermones admitterentur, habiti fuere. Illi autem omittan-
 tur, simul & Pytheas Mafsiliensis, in quibus de oceani litore mentitus est, quodam
 usus prætextu, inquisitione uidelicet rerum cælestium atque mathematicarum. Et
 Orithyia. si qua Sophocles in tragico carmine de Orithyia cecinit ut à Borea rapta, super om-
 nem pontum ad telluris extima transportaretur, noctisq; fontis, & cæli uertice-
 ces, ac uetustum Phœbi ortum, nihil quidem hæc ad præfens institutum, sed om-
 mittantur, ut in Phædro ait Socrates, uerum quæ ex antiquorum monumen-
 tis, & huius ætatis accepimus, in medium proferamus. Getas igitur Græci Thra-
 ces opinati sunt, qui quidem utrunque Istri latus incolebant, ut & Mysi. Thra-
 ces fanè utriq; & quos nunc Mysos nuncupant, à quibus Mysi quoque educti sunt
 Phryges. illi qui inter Lydos & Phrygas & Troas habitant. Et ipsi etiam Phryges Thra-
 cium genus sunt, Bryges dicti, sicut & Mygdones, & Bebryces, & Medobithyni,
 Mygdones. & Bithyni, & Thyni. Reor etiam ipsos Mariandynos. Isti omnes Europam omni-
 no deseruere, at Mysi unà permansere. Recte Homerus mea simul & Posidonij
 Bebryces. sententia, opinari uisus est, Europæ culto res Mysos nominare, eos inquam qui
 Medobithyni. in Thracia sunt, cum dicit,
 Thyni.

Myfi. *αὐτὸς δὲ πάλιν πρόπερ ὅσοι φαίνω,
 iliad. v. νόσφι μὲν ἰπποπόλων θεμεκῶν καθορώμενος αἶαν
 μυσῶν τ' ἀγχεμάχων.*

Hic uero rursus splendentia lumina uertit,
 Præsertimq; equitum Thracum specularus in agros,
 Mysorum ensiferum, pugnantum cominus armis.

Quoniam si quis positos in Asia Mysos accipiat, alienus & disiunctus sermo fo-
 ret. Aspectum enim ab Troianis ad Thraciam terram conuertentem, & eidem an-
 numerare Mysorum agrum, non seorsum existentium, sed finitimorum Troicæ
 oræ, & post illam locatorum, atq; adeo utroque ex latere, quos disiungit latior Hel-
 lespontus, hominis esset litora confundentis, & locutionis modum minime intelli-
 gentis. Nam cum dicit, rursus uertitur, maxime retro intelligendum est, qui autem
 ab oris Troum uisum transfert, non ad eos qui aut post illos, aut ex transuer-
 so consistunt, ulterius quidem traducit, non autem ad posteriora multum, affer-
 tur inde ipsius testimonium quod equas mulgentes, & Lactophagos, & Abios,

Hipponulgi. hoc est uictus efferati, accolas illis adiungit, qui pro domo plaustris utentes, sunt
 Scythæ. Scythæ ac Sarmatæ. Hæ enim nationes Thracibus hac tēpestare promiscuæ sunt,
 Sarmatæ. & Bastarnicæ magis, ijs qui extra Istrum, & intra Istrū. Cumq; his miscentur Gal-
 Bastarnicæ. licæ gentes et Boij, & Scordisci, & Thaurisci. Sed Scordiscos quidā Scordiscas uo-
 Scordisci. cant. Tauriscos uero quidā Ligyriscos, & Tauriscas uocant. Scribit autē Posido-
 Taurisci. nius Mysos religioni indulgentes, ab animātibus abstinere, & eam ob causam pe-
 Ligyrisci. cus omne uitare, melle uero & lacte, & caseo uesci. Cumq; tranquillā exagitēt uitā,
 Myfi. ob deorū culturā, deicolæ & capnobatæ, id est fumi cōscensores, nominantur. Pleros-
 capnobatæ. que

que item Thrac
 res nomināt, fa
 sumatim uniu
 id est minime
 las, à mulieribus
 separans, sicut
 seprotulit. De p
 licari bonos be
 propinquo pug
 tam mouere, for
 nominatos fuisse
 gum expertes pe
 Cum enim circa
 eo reuē ex m
 Quoniam phil
 tate satis conten
 ctiones ad sectar
 subscribit signifi
 de ipsis Menan
 rum ex ipsa me
 mōres, id est oī dē
 et yag autōs dē yag
 et opōs dē yag
 Thrares uniu
 Nam eorum in
 Non omniu
 res continentia
 duodecimq; eta
 uerſio quædā ef
 uulgatur. Ad h
 sine decet, ut nō
 lites, simul pro
 cultores arbitra
 modū opinion
 tiores esse existi
 nerationes, ad p
 solus degens, tal
 ducit enim trist
 in modum dice
 Semper enim d
 otus est, hæc ip
 ro circumcirca
 priè uero Getas
 nionem. Ceteru
 que locutus est

que item Thraces esse qui sine mulieribus uitam ducunt, quos cistias, id est creatores nominant, sanctificatosque honoris gratia omnimoda cum libertate uictitare. Hos summatim uniuersos poetam dixisse equarum mulsores, & lactophagos insignes, abios, id est minime uiuos homines, iustitia prestantissimos. Præcipue autem abios appellat, a mulieribus disiunctos. Vitam namque cælibem, ac sine coniugibus dimidiatam esse putans, sicut & Protefilai domum, quia foret absque coniuge, semiperfectam fuisse protulit. De propinquo etiam pugnares Mysos dixit, quos nemo populetur, sicuti bonos bellatores. Oportereque in decimo libro inscribi pro Mysorum de propinquo pugnantium. Verum enim uero scripturam tot per annos approbatam mouere, forte superuacaneum esset. Multo enim uerisimilius est initio Mysos nominatos fuisse, mutato subinde nomine, nunc etiam appellari, abios autem coniugum expertes potius, quam sine lare, & carros pro tecto colentes, accipiendum est. Cum enim circa contractus, & pecuniarum pretia conflare soleant iniuriæ, qui ad eo tenuem ex modicis uictum agitent, eos iure ac merito iustissimos uocitemus. Quoniam philosophi proximam iustitiæ temperantiam collocantes, uitam tenuitate satis contentam, beatam in primis dixerunt. Ex quo plerique eorum rerum electiones ad sectam compulere Cynicam. De eorum uero cælibatu nullam tamen subscribit significationem, præsertim apud Thraces & in his Getas. Verum que de ipsis Menander memorat, inspicere, non quidem fingens, ut decorum est, uerum ex ipsa memorans historia,

*πάντες μὲν οἱ θράκηδες, μάλιστα δ' οἱ γέροι οἱ μὲν ἡμῶν ἀπάντων
 ἔλας αὐτὸς ἄρχομαι ἐκείθεν ἐν τῷ γένει
 οὐ σφόδρ' ἐγκρατεῖς ἐσμὲν.*

Thraces uniuersi nos præsertim Getæ,
 Nam eorum indigenam esse me ipse glorior.

Non omnium continentiam nimis agimus, & paululum infra, de ipsa in mulieres continentia ponit exempla. E nobis uxorē ducit nemo, nec ut plerique, undecim duodecimque et amplius. Quod si quaternas, quinque uero uxores duxisse contigerit, subuersio quædam est. Isque hymenæi prorsus expertus, infelix, anymphus inter conciuues uulgatur. Ad hæc quidem & reliqui consentiunt, & unam confessione consonant. Nec sane decet, ut iidem miseram pariter esse uitam putent, inter plures non uersari mulieres, simul probum & æquum sine uxoribus esse censeant. At eos religiosos deum cultores arbitrari, & fumi confensores, quod fœminis careant, communibus admodum opinionibus aduersatur. Cuncti namque fœminas superstitionis duces, & auctores esse existimant. Ege enim sunt que uiros ad deorum cultus, ad dies festos, ad uenerationes, ad preces inuitent amplius. Rarumque est, ut uir quispiam sine uxoribus solus degens, talis reperiatur. Eundem rursus poetam inspicere et que loquitur. Introducit enim tristem quendam, mulierum fraudibus circa sacrificia succensentem, hunc in modum dicentem, Di nos præcipue (inquit) qui uxores duximus, consumunt. Semper enim dies aliquis festus necessario agendus est. Qui autem mulieres perosus est, hæc ipsa subincusat. In dies uero quinquies immolabamus, septem uero circumcirca ancillæ cymbalis insonabant, quædam ululatus edebant. Proprie uero Getas uxoribus carentes, religiosos putandos, declarat, idque præter opinionem. Ceterum diuinarum rerum studium, hac ipsa in gente plurimum esse, ex iis que locutus est Posidonius, haud abroganda fides est. Necnon ab animantium esu

Cistia, xiv. 10.

*Equimulgi.
Lactophagi.
Abij.
Protefilai domus.
* ἀρχιμάχοι.
* ἀντιμυσῶν
* ἀρχιμάχοι.
Homeri locus.*

** ἀκλήσοι.*

*Menander.
* ἡσ ἀνός.*

Thracum Getarumque mores.

** κληροδοτας.*

** ὁ ἀμύχωνος.
i. mulierum os
for, qui circa
mulierem uiuit.
Getarum superstitiones.*

Getarum mores
 plagam spe
 radicem, par
 tem usque ad
 propter istos
 os fabulando
 atem omittan
 est, quodam
 naticarum. Et
 rapta, supero
 & cæli uerit
 tutum, sed o
 monumentum
 Græci Thrac
 Iyfi. Thraces
 e ducti sum
 ryges Thrac
 edobithyni
 opam omni
 & Posidonij
 inquam qui

tus sermo fo
 & eidem an
 orum Troicæ
 git lator He
 minime intelli
 est, qui autem
 t ex transuers
 nultum, affere
 gos, & Abios,
 s utentes, sunt
 omiscuæ sunt,
 niscuntur Gal
 Scordiscas wo
 autem Posido
 ob causam pe
 exagitet uitam
 inatur. Pleros
 que



abstinuisse religionis gratia, nō negauerim, sicut & reliqua tradit historia. Proditū
Zamolxis. est enim memorię, ex Getarum gente quempiam, nomine Zamolxin seruisse Py-
 thagorę, & cęlestium rerum aliquas ab eo didicisse, cumq; ad ęgyptios usq; pere-
 grinatus errasset quędā etiam illorū accepisse. Cumq; suam reuertisset in patriam,
 magna in charitate ac studio apud principes nationemq; illam habitū, quid porten-
 derent signa pręfagientem. Deniq; persuasum regem animum induxisse, ut illum
 in regni societatem acciperet, ut qui ad deorum arcana annuntiāda foret idoneus,
 & ab initio quidem, eius quem maxime uenerantur, dei sacerdotem constitutum,
 postea uero dei appellationē comparasse. Inde speluncam nactum subterraneam,
 cęteris quidem inaccessibilem, eo in loco degere solitum, externis, excepto rege,
 eiusq; ministris, colloquia rara facientem, adiutasse etiam regem, cum homines lon-
 ge magis, quā prioribus annis, cerneret animos illi attentius adhibentes, tan-
 quam ē deorum consilio edicta efferenti. Hic quidem mos ad nostram usq; perdu-
 ctus etatem perseuerat, ut semper aliquis eiusmodi pręditus institutis inueniatur,
 qui regi consiliarius adsit, & ipsos inter Getas dei nomen assequatur. Sacęrque re-
 lictus est mons, quem sic nominant, nomen uero est illi Cogęonum, quo uocabu-
 lo & amnem pręlabentem uocitant. Eo autem tempore Byrebistas Getarum tene-
 bat imperiū, aduersus quem diuus Cęsar iam instruxit exercitum, Decęneas hoc
 pręditus erat honore. Abstinerē enim ab animantium esu ex ipsius Pythagorę in-
 stitutis, ab Zamolxi traditis, modo quodā permanet. Talia igitur male aliquis du-
 bitauerit, de poetę † ipsius textu, deq; Mysis quos illustres, & equarum mulsores
 appellat. Minimeq; asseruerim ea, quę Apollodorus in secundo de nauibus uolu-
 mine pręfatus inquit. Eratothenis enim sententiam approbat, qui Homerum ait,
 reliquosq; scriptores antiquos rerum quidem Gręcarum notitiam habuisse, reli-
 quarū autem longius positarum permultam imperitiā tenuisse. Longas etiam il-
 los ignorasse uias, nullamq; nauticę artis peritiā accepisse. Quibus ad stipulatus,
 dicit Homerum, cum lapidosam uocat Aulidem, quemadmodum & est, multa-
 rumq; tiliarum Eteonon, columbisq; copiosam Thisben, herbosam Haliartum.
 Cęterum quę procul disiuncta sunt, sibi que & alijs prorsus ignorata. Cumq; am-
 nes circiter quadraginta pontum influant, ne celeberrimorū quidem mentionem
 ullam fecisse, ut Istri, Tanaidis, Borysthenis, Hypanidis, Phasidis, Thermodontis,
 Halydis, etiam de Scythis nullam eum egisse memoriā, cum uniuersos claros
 quosdam equarū mulsores, Galactophagos, Abiosq;, id est absq; uita nūcupat, Pa-
 phlagonesq; mediterraneos ab eis nouisse, qui terrestribus propinqui sunt locis,
 litora quoq; ac maritimam plagam ignorasse. Iure id quidem. ea enim tempesta-
 te id mare nulli patuisse nauigationi, & prōinde Axenon, id est inhospitalem Pon-
 tum appellari solitum, propter tempestuosā, & per hyemes interclusa loca & acco-
 larum immanitatem, maxime Scytharum, hospites immolare solitorum, & huma-
 nis uescientium carnibus, & pro pateris caluarias usurpantium, nouissime autem
 cum Iones in litora urbes condidissent, Euxinum, id est benignum hospitalemq;
 uocari cęptum. Pari modo & ęgypti plagam, & Africę ignotā habuisse, sicut in-
 crementa Nili & limosas ex pelago aggerationes, quarum nullam fecisset mentio-
 nem. Neq; medię inter mare rubrum & mare ęgyptiū telluris, neq; Arabicorum
 & ęthiopicorum ad Oceanum pertinentium, nisi Zenoni philosopho mens ma-
 gis intendenda est, qui sic scriptum reliquit,

ἠθιοπίας δ' ἰκόνων καὶ σιδωνίας ἀραβίας τε.

Ethiopasq; Arabasq; adij tunc Sidoniosq;

Nec uero de Homero mirandum esse. Etenim iuniores etiam illo complura ne-
 scisse, & monstra garrisse. Hesiodum semicanes dixisse homines & in caput crescē-
 tes, & pygmæos, id est statura cubitali: Alcmanem uero pedibus indiuisis solidos:
 Eschylum caninis capitibus, & oculatis pectoribus, & unoculos in Prometheo
 tragædia, & alia penè innumerabilia. Ab his uero transit ad historicos, qui Rhi-
 phæos montes nuncupant, & Ogyion montem, & Gorgonum & Hesperidum
 domicilia. Penes Theopompum terram Meropidem. penes Hecateum uero ur-
 bem Cimmeridem. Apud Euhemerum rura Panchia. Apud Aristotelem lapides
 ex arena fluuiatiles indurescere, qui ab imbre liquecāt. In Libya Liberi patris op-
 pidū existere, quod ab uno eodemq; bis reperiri nequeat. Intendere etiam rebus cir-
 ca Siciliam gestis & secūdem Homerum, Ulyssis errori oportere eos, qui illis in lo-
 cis errorem fuisse dicunt, cum poëta fingendarum gratia fabularum, exterius in
 Oceanum fuisse canat. Reliquis quidem dandum est ueniam, Callimacho autem
 uequaquam, qui Grammatici sibi nomen uendicat. Is enim Gaudum Calypso-
 nis insulam dicit. Corcyram quoq; Scheriam, alios de Gerrenis mentitos accusat
 atq; de Acacesio et de Ithacæ populo, & de Pelethronio in monte Pelio, & de Glau-
 copio in Athenis. His paruula quædam opponens talia, finem facit, translatis ab
 Eratosthene plurimis, cum, quemadmodum antea diximus, non bene dicta sint.
 Posteriores uero quàm priscos peritiores extitisse, & Eratostheni & huic conce-
 dendum est. Adeo autem immodeste produci, in Homerum præsertim, iure opti-
 mo reprehendi posset, & contraria dicere, cum quæ ignorant ipsi, ea poëta expo-
 brant. Verum enim uero alia quidem in singulis propriam quandam comme-
 morationem assequuntur, aliqua uero in uniuersum. Nunc sanè de Thracibus dia-
 cebamus Mysiisq; pugnantibus cominus & claris equarum mulsores, & Gala-
 ctophagis, & Abijs inter mortales iustissimis, uolentes ea quæ à nobis, quæq; à
 Posidonio, & quæ ab istis dicantur, inuicem conferre. Primum quidem quod
 argumentationē † propositionis fecere contrariam. Proposuerat enim doctus
 rum sese, cur de rebus à Græcia longe semotis, maior priscis illis quàm iuniori-
 bus affuit ignorantia, oppositum uero demonstrauit. Nec longinqua solum, sed
 etiam quæ in ipsa sunt Græcia. Verum, ut dixi, reliqua omittantur, quæ uero in
 præsentia occurrunt, consideremus. Scytharum etenim mentionem non esse fa-
 ctam per ignorantiam, inquit, nec de eorum crudelitate in hospites quos immolāt,
 & corporibus uescuntur, & capitum ossibus paterarum uice utuntur. Quorum
 causa Pontus axenus, id est inhospitalis appellabatur. Fingit autem claros quos-
 dam equarum mulsores Galactophagos, Abios atque iustissimos homines, qui
 nusquam terrarum existant. Quoniam igitur pacto inhospitalem nominassent, nisi
 si agrestem efferatamq; uitam nouissent, neque ipsos præcipue, qui tales essent, sunt
 nimirum isti Scythæ. Antea uero erant equarum mulsores, qui ultra Mysos, &
 Thraces atque Getas sunt, nō autem Lactophagi & Abij, sed qui nunc † carros ha-
 bitant pro domibus, & Nomades, id est pastores, uocantur, qui è pecoribus lacte-
 que & caseo degunt, præsertim equino. Thesaurizandi prorsus ignari & caupo-
 nandi præter quàm onus pro onere. Qualiter autem poëta Scythas ignorauit, cum
 homines equarum mulsores & Galactophagos appellarit: Quod uero illius æta-

ἠμίνους.

μυζαδοκίφατος.

Pygmaei.

εὐανόποδες.

κνωκίφατος.

εὐφάδης.

μονίματος.

Rhiphæi mon.

Ogyios.

Gorgones.

Hesperides.

Meropis terra.

Panchia ter.

Lapides Arist.

Liberi patris

opp.

Gaudum.

Pelethronium

Glaucopium.

Acacesius.

Scheria.

Gerreni.

Homero patros
cinatur.

*ὁδὸς ποτιδίας.
i. proposito.

Pontus axenus

*ἀμαξόβιον. i.
plaustris adiu-
uice utentes.

Nomades.

tis scriptores eos equarum mulsores uocabant, testis est Hesiodus in uersibus quos de Eratosthene adiecimus, Æthiopsq; & Ligustice Scythas equarum mulsores.

Permutatio-
rum citra pe-
cunie usum.
Communes u-
xores.

Quid nam uero mirum est, si in magna rerum contractarum apud nos copia, & iplarum iure uiolato, iustissimos clarosq; dixit eos qui minime in conuentis, & questu uitam agunt, quin cōmunia cuncta possideant, excepto ense duntaxat & cyatho, in hisq; uxores & liberos in primis, pro Platonis instituto, communes habent.

Æschylus ipsi quoq; poëtæ consonans, de Scythis inquit,

ἄλλ' ἰππικῆς βοτῆρες ἕνομοι σκῦθαι.

Scythæ.

Conuiuæ æquitatis seruatores Scythæ.

Ista & adhuc in Græcis opinio permanet. Eos enim simplicissimos censemus esse, & ad mala minime pronos, & nobis ipsis continentiores, et paucioribus contentos. Noster sanè uictus ad omnia fermè peiora immutatus, protenditur, delicias, uoluptates, malas artes, ad infinitas auaritiæ uias inducens. Talis igitur malitiæ magnitudo, cum ad reliquos Barbaros, tum ad Nomades irrupit. Nam mare attingentes, deteriores effecti, latrocinari cœperunt, mactare hospites. Quandoquidē multis impliciti, in eorum luxuriam, & lucra sordida societatemq; auaritiæ commigrarunt. Quæ cum ad mansuetiorem uitam tendere uideantur, mores corrumpunt, & pro simplicitate superius nuper exposita, in rerum uarietatem adiit. Huiusmodi maiores nostri potissimum Homeri ætati propiores extitere, talesq; apud Græcos putabantur, quales Homerus ipse loquitur. Aspice quæ de Scytharum rege dicit Herodotus, aduersus quem Darius ductauit exercitum, uide quæ ab illo scribuntur, intueréque quæ Chrysiippus de regibus Bosphoranis circa Leuconem scripta prodidit. Plenæ huius quam dico, simplicitatis Persicæ sunt epistolæ.

Anacharsis.
Abaris.

Hanc ob causam & Anacharsis & Abaris & plerique alij generis eiusdem, è Græcia laudem compararunt, quod gentile quoddam præ se ferentes insigne, innatam facilitatem, lenitatem, iustitiámque ostendant. Quid præscos illos commemorare oportet? Alexander sanè Philippi filius in ea expeditione, quam aduersus

Triballi.
Peuce.

Thracas, ultra Æmum suscepit, cum Triballorum gentem incurfasset, uidit eos usque ad Istrum pertinentes, in quo & Peucem insulam, ulteriora uero tenentes

Getarū fines.
Syrmus.

Getas. Eò usq; profectus, insulam quidem ingredi nequisse dicitur nauigiorum penuria. Nam cum in eam ipse Triballorum rex Syrmus confugisset, aduersus eius impetum obstitit. Cæterum transgressus in Getas, eorum urbem in potestatem redegit. Quibus subuersis, accipiens à gentibus illis & à Syrmo rege mune-

Ptolemæus Lagus.

ra, è uestigio remeauit ad suos. Vt autem Ptolemæus Lagus perhibet, ad Alexandrū Galli, Adriæ uicini, amicitia & hospitalitatis gratia conuenere, quos cum rex ipse

Gallorum res-
sponsum.

comiter accepisset, in conuiuio percontatum, quid nam esset quod ij maxime pertimescerent, illos ratus sese ipsum responsuros. At eos respondisse, nihil aliud, præstantissime rex, quàm ne supra nos cælum ruat, nihilominus tanti principis amicitiam plurimi facere. Hæc sunt simplicitatis Barbarorū signa. Qui cum descensum in insulam minime consecuti fuerunt, missis muneribus, amicitiam conciliarunt, neminemq; timere dixerunt, ingentium uirorum familiaritates maximi facientes.

Dromichetes.
Lysimachus.

Successorum Alexandri temporibus Getis imperitans Dromichetes rex, Lysimachum aduersus se belligerantem, uiuum ceperat, cui cum suam gentisq; suæ comonstrasset inopiam, similiterq; contentos re sua homines, Ne talibus (inquit)

mor

mortalibus bellum infer, sed eis potius amicis utere. His dictis donatum hospitali-
 ter Lyfimachum, & amicitia sibi deuinctum liberauit. Plato etiam in libris de re-
 publica, fugiendum esse mare censet, perinde ac improbitatis magistrum. Nam ab
 eo remotissimos optime administraturos rempublicam, & iuxta illud minime ha-
 bitaturos. Ephorus quidem in quarto Historiae uolumine, quod de Europa inscri-
 bitur, cum Europam usq; ad Scythas perlustrasset, in fine inquit dissimiles esse cum
 caeterorum Scytharum, tum uero Sauromatarum uiuendi ritus. Quosdam enim
 adeo saeuos atq; morosos, ut humana carne uescantur. Aliquos & ab caeteris absti-
 nere animalibus. Alij quidem (inquit) ipsorum crudelitatem eloquuntur, quam no-
 uere, quorum & grauitas & admiratio obstupescit. Grauitas autem cum con-
 traria dicat, etiam exemplificat, ut de illis uerba faciat, quos iustitia praeditis uti mori-
 bus asserit. Esse enim aliquos Scytharum Nomades, qui equarum lacte alantur,
 cunctos aequitate superantes, quorum poeta mentionem faciant. Homerus qui-
 dem galactophagos Abios, id est duri uictus homines, tradit mortalium iustissi-
 mos, qui terram intueantur. Hesiodus uero in scripto de terrae ambitu (sic enim uo-
 cat) Phineum ab Harpyis in terram Galactophagorum duci dixit. Cuius deinde
 rei causam reddidit, quoniam uictu sobrio & parco sunt, non quaestuosi, inter se
 sanctis utentes legibus. Omnia communia habentes, cum reliqua, tum uxores ac
 filios uniuersamq; profapiam. Externis inexpugnabiles & inuicti, cum nihil pos-
 sident, cuius rei gratia serui fiant. Vocat autem Choerilum qui in Darij transitu

Mariima fua
gienda loca.

Humana car-
ne uescentes.

Nomades.
Hesiodi opus
de terrae ambitu.
Phineus.
Lactophagi.
Comunitas re-
rum omnium.

Charilut.

*μηλονόμοι τε σάκαι, γηνα σκίβααι,
αὐτὰρ ἔθαιον ἀσίδια πυροφόρον.*

id est,

Opiliones appellat Sacas origine Scythas,
Asiam incolentes frugiferam.

Saca.

Creati ex Nomadibus homines exustis domibus. Ephorum etiam cum Ana-
 charsim sapientem appellet, ex hoc esse genere dicit, unumq; e septem sapientibus
 censendum cum moderatione & prudentia perfecta & intellectu. Eiusq; inuenta
 profert, exuscitatores ignis folles, bicipitem anchoram, rotam figuralem. Hac ipsa
 autem loquor aperte, haud ignarus, quod hic ipse non omnia uerissime proferat,
 & illud praecipue de Anacharside. Nam quomodo rota ipsa ex eius inuentione ex-
 tat, quam Homerus antiquior illo nouerit?

Anacharsis.

Follis inuē. or.
Anchora bis
ceps.

Rotae inuēcio.

ὅτι τις λυγαμεὺς τροχὸν ἀρμῶν ἐν παλάμῳσι.

Ceu figulus cui dextra rotam quatit ocyus aptam.

Et reliqua. Cum autem communi quadam & ueterum & posteritatis fama cre-
 ditum sit, illos maxime Nomadas seorsum ab alijs mortalibus habitantes, lacto-
 phagos & Abios & iustissimos esse, nec Homeri figmentum fieri uoluit Apollo-
 dorus illud significare. Iure etiam rationem de Mysis in carmine ipso dictis subire
 eum oportuit, putet ne etiam ficta de illis esse, cum poeta dixerit,

μυσῶν τ' ἀρχεμάχων, καὶ ἀγαθῶν ἵππημολγῶν.

Iliad. v.

Illustres Mysos quis lac mulgetur equarum,
Cominus ij pugnant.

Veleos qui Asiam incolunt accipit. Qui si in Asia habitantes accipit, maligne
 poetam interpretatur, ut praediximus, figmentum appellans, tanquam in Thra-
 cia Mysi illi non ultra quam res ipsae sint. Nostris item annis Aelius Cato ex

Aelius Cato.



Transistrana regione quinquaginta Getarū millia in Thraciam habitatura traduxit. Quæ gens eadem qua Thraces utitur lingua, qui hac etiam ætate ibidem habitant, Mysi quoque uocantur, uidelicet quia & prius eo nuncupabantur nomine, habitantium quoque Asiam Mysorum translatum secum est nomen, aut quia affine nomen est magis ipsius poetæ historiæ, & eorum declarationi Mysorum qui Thraciam incolunt, sic prius uocatorum. De his quidem satis, redeo deinceps ad institutam ordine descriptionem. De Getis sanè uetusta illa omittantur, quæ uero nostra sentit ætas, huiusmodi fuere. Bœrebistas uir natione Geta, cum gentis eius præfecturæ insisteret, homines frequentia bellorum, & cladibus afflictos reficiendos esse curauit, eosque eò magnitudinis extulit, nunc exercitatione corporum, nunc uictus sobrietate, nunc eductorum obedientia, ut intra paucos annos latum adeptus sit imperiū, plurimosque finitimorum, Getarum ditioni subdiderit, traiecto quoque audacter Istro, Thraciam diripiens usque in Macedoniam & Illyricum, magnum Romanis terrorem incusserit, deque Gallis finitimis, Thracibus & Illyrijs prædas ingentes reportauit. Boios autem & subditos Critasiro populos funditus deleuit simul & Tauriscos. Ad nationis uero ipsius commoditatem adiutorem habuit Ceneum, uirum magicis deditum, diu Ægypti oras peruagatum, auguriorum peritū. Per quæ deorum responsa renuntiabat, & paruo in tempore in deorum numero constituebatur, quemadmodum de Zamolxi superius narrauimus. Ingentis obedientiæ argumentum est, quod eius suasionem inducti, uites excidere, & sine uino uitam agitare consenserunt. Ipse autem Bœrobistas, insurgentibus nonnullis, prius perijt, quam Romanus populus aduersus eum mitteret exercitum. Regni quoque successores plures in partes diuisi sunt. Nunc cum Cæsar Augustus contra eos quinquaginta millium misit exercitū, qui prius quatuor in partes distincti erant. Huius autem generis partitiones ad tempus fiunt, & aliæ alio in tempore. Fuit & alia regionis diuisio, ex antiquis permanens temporibus. alios enim Dacos, alios Getas appellant. Getas quidem qui ad Pontum in orientem uergunt, Dacos autem qui in oppositum uersus Germaniam & ad Istri fontes, quos olim Dauos uocatos esse reor. Ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarum nomina seruilia plurimū abundabant. Hoc sanè credibilius est quam à Scytharum gente deriuari, quos Daas uocant. longe enim illi ad Hyrcaniam positi sunt, nec eo ex loco Athenas mancipia deportata, putandum est. Seruos enim autem populorum nominibus uocabant, à quibus uocabantur, ut Lydum & Syrum, aut ijs maxime quæ illis in locis magis ac magis usurpata erant, ut Manem & Midam, ex Phrygia, Tibium quoque è Paphlagonia. Gens inde, quæ Bœrebistæ ductu in tantam conscenderat amplitudinem, demum ob domesticas seditiones & ex Romanorum bellis depressa est. Tamen adhuc ad millia hominum quadraginta emittere apte ualent. Per ipsos autem Marifus fluuius Danubium influit, per quem Romani milites uasa, illis necessaria bellis deuchere solebant. Superiores enim fluminis partes uersus fontes, usque ad præcipientes eius decursus, quos cataractas nominant, Danubium uocant, quæ maxime per Dacorū agrum delabuntur. Alias uero inferiores usque in Pontum per Getas Istrum uocant. Cæterum idem Dacorū & Getarum sermo est, Græcis uero Getæ notiores fiunt, quia frequentius ad utranque Istrum migrant. Accedit quod Mysis & Thracibus immixti uersantur. Triballi quoque Thracia natio sunt, quibus idem obuenit ut transmigrations patiantur, cum finitimi aduersus inferiores insurgant, quoties

exul

ex alteriore
cum in ex
liero eieci
plurimu
amplifican
prope p
sunt Ro
qui in eos ho
uim Getar
nus Hystasp
Scythas, max
relecta reme
rum regem
uuius i
ctus Barbar
na propinc
ni sunt appel
us mari prox
rolomum, i
stad. c. ac xx
re ualuisse. E
sum occurri
um cursus c
tum ostioru
post sacrum
tris uero am
adamnem T
os lacus, que
Tyrae uero f
monactis ap
traque ex rip
uo propinc
cunt. Distat
cta, Achilli
modus, cui a
sula portum
nominis offi
sanè empori
sthenem &
Sarmatae co
xima Noma
nentur. Hos
Tyrrhægetis
plures in uic
uero Peucer

ex ulteriore ripa Scythæ, Bastarnæ, Sauromatæ uictoriã, & quidem sæpe referant, ^{Bastarnæ.}
 ut cum in expulsos insultent, uel in insulis uel in Thracia maneant aliqui, nonnul-
 li uero eiekti ab alterius partis incolis, præsertim Illyricis ualentioribus. Aucto igi-
 tur plurimum & Getarum & Dacorum imperio ad CC. militum millia exercitum <sup>Dacorum am-
plum imperiũ.</sup>
 amplificarant. Hac uero tempestate ad millia XL. ipsorum contracta potentia est,
 eoq; prope peruentum est, ut Romano subdantur imperio. Necdum autem subie-
 cti sunt Romanis omnino, propter quandam in Germanis positam fiduciam,
 qui in eos hostilem gerunt spiritum. Inter mare Ponticum ab Istro ad Tyram flu- <sup>Tyra.
Getarum deser-
ta.
Darius.</sup>
 uium Getarum solitudo præiacet, plana tota & aquarũ indiga. Quo in campo Da-
 rius Hystaspi filius destitutus, cum traiecto Istro expeditionem suscepit aduersus
 Scythas, maximũ inijt periculũ, ne toto cum exercitu siti deleretur. Qua re sero in-
 tellecta remeauit. Posteriori tempore Lysimachus contra gentem Getarum eo- ^{Lysimachus.}
 rumq; regem Dromicheten exercitum ductans, non solum discrimen adiuit, sed
 etiam uiuus in potestatem pertractus est, rursusq; salute donatus benignum na-
 ctus Barbarum, quemadmodum prius enarraui. Eruptioni uero fluminis ma- <sup>Peuce insula.
Peucini.</sup>
 gna propinqua est insula, Peuce nomine, eam Bastarnæ cum occupassent, Peuci-
 ni sunt appellati. Sunt & aliæ insulæ multo minores supra istam sitæ, & aliæ inferi-
 us mari proximæ. Cumq; septena distinguatur in ostia, maximum est quod Hie- <sup>Istri ostia.
Hierostomum.</sup>
 rostomum, id est, ostium sacrum uocant, per quod supra nauigatio ad Peucem
 stad. C. ac XX. patet. Infra ipsam Darius pontem construxit, cum & supra cõstrue-
 re ualisset. Hoc autem ipsum ostium primum intra Pontum nauiganti sinistror-
 sum occurrit. Eorum quæ deinceps sunt ad Tyram fluuiũ, nauigantibus in orien-
 tem cursus capeffitur, ab eoq; septimum distat ostium CCC. circiter stad. Inter ipso-
 rum ostiorum sanè interuallum exiguæ quædam existunt insulæ. Tria quidẽ ora
 post sacrum ostium exilia sunt, ordine sita. Reliqua autem illo quidem minora, cæ-
 teris uero ampliora existunt. Ephorus quinq; Istrum constare ostijs asserit. Hinc
 ad amnem Tyram nauigabilem DCCC. stad. sunt, at medio in spatio duo ingen-
 tes lacus, quorum unus ita aperitur, ut uice portus eo uti liceat, reliquus ore caret. In
 Tyræ uero fluminis ostio turris existit, quam Neoptolemi uocant, & uicus Her- <sup>Neoptolemi
turris.
Hermonactis
uicus.
Niconia.
Ophiussa.
Borysthenes
fluui.
Borysthenes
oppid.
Hypanis.
Olbia.
Tyrregetæ.
Iazyges.
Basilei.
Vrgi.</sup>
 monactis appellatus. Aduerso autem flumine nauigantibus per stad. C. & XL.
 utraq; ex ripa ciuitates occurrunt, hinc Niconia, hinc à leua Ophiussa. At qui flu-
 uio propinqua tenent habitacula, urbem C. & XX. stadijs ascendenti occurrere di-
 cunt. Distat autem insula Leuca ab ostio per D. stad. interuallum intra pelagus edu-
 cta, Achilli sacra. Deinde Borysthenes fluuius ad stadia DC. nauigationi com-
 modus, cui alter amnis proximus est Hypanis. Ante Borysthenes ostium iacet in-
 sula portum habens. Cum uero Borysthenem C. C. stad. enauigaueris, eiusdem
 nominis offertur oppidum, eademq; urbs, Olbia, id est beata nominatur, amplũ
 sanè emporium, quod condidere Milesij. Supra iacens regio uniuersa inter Bory-
 sthenem & Istrum prima est Getarum solitudo, postea Tyrregetæ. Post quos
 Sarmatæ cognomento Iazyges & qui Basilei dicuntur & Vrgi, è quibus pars ma-
 xima Nomadibus, id est, pastoribus cõstat, pauci agrorum colendorum studio te-
 nentur. Hos utranq; Istri ripam incolere sæpe traditur. Intra terram sunt Bastarnæ ^{Bastarnæ.}
 Tyrregetis uicini & Germanis, & ipsi ferè ex Germanis originẽ ducentes, & ipsi
 plures in uicos nationesq; diuisi. Nam Atmoni quidã dicuntur atq; Sydones, qui <sup>Atmoni.
Sydones.
Rhoxani.</sup>
 uero Peucen Istri insulam habitant, Peucini, Rhoxani uero magis ad Aquilonem

spectantes inter Tanain & Borysthenem campestria pascuntur. Vniuersus autem
 aquilonaris e Germania usque ad portas Caspias tractus campester est, qui nostras
 ad aures cognitionemque peruenit, qui uero supra Rhoxanos habitent, ignotum est
 nobis. Rhoxani quidem aduersus Mithridatis Eupatoris ductores belligerant,
 quibus imperator erat Tasius, aduenerant autem Palaco Sceluro socij. Cumque pu-
 gnacissimi iudicarentur, contra instructam egregie phalangem & armis ornatam,
 natio barbara omnis infirma prorsus apparuit & nuda ferē. Illi igitur millibus
 quinquaginta consistentes aduersus millia LX. militariter instructa ductu & auspicio
 Diophantæ ducis Mithridatici, resistere ac sufferre non ualentes impetum ma-
 xima ex parte trucidati sunt. Utuntur autem galeis ex crudis bouum cornibus, thoraci-
 bus, & scutis. Ad percutiendumque lanceas habent arcusque & gladios. Reliqui ferē
 huius generis plures. Nomades etenim tentorijs utuntur centonum instar pilo con-
 textis, in plaustris uitam degentes. Circumque tentoria pecora comitantur, a quibus
 uictum captant, & aluntur lacte, caseo, carne. Pascua uero sectantur loca, semper
 herbosa permutantes. Hybernis quidem temporibus Mæoticis uersantur in palu-
 dibus, æstiuis uero per campestria uagantur. Regio uniuersa hyemes habet asperas
 usque ad uicina mari loca, quæ inter Borysthenem & Mæotidis paludis ostium ia-
 cent. Et ex maritimis sanè quæ maxime ad aquilonem accedunt, & ad ipsum Mæo-
 tidis ac magis etiam Borysthenis ostium, & interiora sinus Tamyraci & Carpa-
 nieti, ad quem magnæ Cherronesi tellus angusta, id est isthmus pertinet. Frigoris
 autem documentum est incolarum, licet in campis habitantium, quod nec asinos
 alunt. est enim rigoris impatiens bestia, & boues sine cornibus generentur, & non-
 nullis lima defecantur, quoniam hæc particula frigus sufferre nequit, equi pusilli
 sunt, pecudes magnæ, æræ scinduntur hydriæ, quæ uero intra sunt congelan-
 tur. Quid de ipsius gelu uehementia? quid de alijs ad Mæotidis ora prouenientia-
 bus? Alueus namque e Panticapæo ad Phanagoriam plaustris deambulatur, adeo
 ut cœnũ uia tota fiat. Destituti uero in glacie pisces ligonibus effodiuntur ad Gan-
 gamam (sic enim locum appellat) præcipueque Antacæi, delphinibus magnitudine
 pares. Memoriam quidem proditum est, Neoptolemum Mithridatis ducem eodẽ
 in cursu, æstate quidem nauali pugna barbaros, hyeme autem equestri prælio su-
 perasse. Vites autem in Bosphoro per hyemem terra infodi perhibent, cum multũ
 agri metant. Scriptis etiam mandatum est, uehementes ibidem æstus effici, aut for-
 te quia infueta sunt corpora, aut quia per id temporis nullæ spirant auræ, aut quia
 aëris crassitudo plus caloris concipit, quemadmodũ in nubilis solis agunt radij.
 Cæterũ Ateas latius in eius loci Barbaros regnũ tenuisse creditur, is qui aduersus
 Amyntæ filium Philippum bellum gessit. Post oppositam Borystheni insulam,
 deinceps ad solem orientem nauigatio est ad promontorium, ubi Achilleos dromos,
 id est Achillis cursus dicitur. Nudus quidẽ locus est, quem sacrum Achilli lu-
 cum uocitant. Dehinc Achilleos dromos, & inter mare porrecta Cherronesos.
 Est enim ad orientem spectans fascia quædam in stad. mille producta longius, lati-
 tudinis stad. duũ, minus iugeribus quaternis, distans ex utraque ripa ceruicis il-
 lius stad. LX. arenosa, aquam tantum habens fossilem. In medio isthmo collum est
 stadia ad XL. terminatur uero ad promontorium quod Tamyracen appellant, sta-
 tionem habens in ripam continentem prospectantem. Post illam sinus est Carpi-
 neites magnitudinis nõ modicæ, tendens in Aquilonem stadia circiter mille. Sunt
 qui

Nomadũ ten-
toria.

Tamyracus.
Carpanietus.
Frigoris impa-
tientes.
Asinus frigo-
ris impatiens.
Boues sine cor-
nibus.
Frigora ma-
gna.
Phanagoria.
Gangama.
Antacæi.

Neoptolemus.

Ateas.

Achilleus cur-
sus.

Tamyrace.
Carpineites si-
nus.

qui usq; ad sinum stadia ipsa triplicant. Hi autem Taphij nominantur, sinumq; eodem quo promontorium nomine uocitant. Hic ille sinus est qui Putrem (sic enim dicunt) à mari lacum stadia LX. † separat. Efficit etiam peninsulam siue Cherronesum quã Thauricã siue Scythicã dicunt, cuius isthmus CCC. & LX. dicitur. Putrem uero lacu stad. quatuor millibus contineri differunt, Mæotidisq; portio est, quæ ad occasum spectat (magno enim illius ore occluditur) paludosa uehementer est, uixq; nauiculis subtilibus nauigabilis. Venti nanq; cœnum facile detegunt, dehinc rursum opplent, adeo ut paludes ipsæ maioribus cymbis peruiæ non sint. Sinus ipse tres paruas quidem habet insulas, nonnullas cæcis sub aqua saxis plenas, inter nauigandum occurrentibus. Nauigantibus sinistra, pusilla quædam offertur urbs, & alter Cherronesitarum portus. Ingens quoddam in meridiem porrectum extenditur promontorium nauigantibus, id autem totius Cherronesi pars una est, ubi sita ciuitas existit, quam Heraclienses Ponti accolæ, coloniam deduxerunt, quæ Cherronesus appellatur, à Tyra fluuio distans stad. quater millibus & CCC. cursu maris emetiendo. In ea uirginis sacellum est, deæ cuiusdam, cuius & nomen habet promontorium ante urbem iacens, stad. c. Parthenium, id est uirgineum appellatum, deæq; illius ædem habet & statuam. Inter urbem & promontorium tres iacent portus, postea antiqua Cherronesus excisus, post eam portus oris angusti. Ad eum maxime Tauri natio Scythica latronum manus constituebant, impetu in eos factò, qui eò diuertissent. Vocatur autem Pactorum portus. Ab hoc alter efficitur portus, Ctenuntem uocant. Est uero LX. stad. isthmus. Hic est isthmus, qui paruam Cherronesum, quam diximus, magnæ portionem Cherronesi habentem occludit, habens eodem nomine ciuitatem Cherronesum uocitatam. Hæc antea libera proprijs uiuens erat legibus, at deinde à Barbaris direpta, eò necessitatis adducta est, ut Eupatorem Mithridatem sibi præfulem delegerit, aduersus Barbaros bellaturum, qui super isthmum usq; Borysthenem tenent, atq; Adriam. Hæc contra Romanos præludia parabantur. Ille igitur per has tantas spes in Cherronesum cum misisset exercitum, pariter Scythis arma intulit. Et Scylurum ac Scyluri liberos circum palatiũ in captiuis habuit. Eos autem quinquaginta fuisse Posidonius scribit, cum Apollonides octoginta affirmet. Sic potitus est Bosphoro accepta loci ditio: ne à Perisade ultro, qui eum præfectus obtinebat. Eo ex tẽpore in hunc usq; diem Cherronesitarum ciuitas Bosphoranis regulis subiecta est. Ctenunta à Cherronesitarum oppido & Pactorum portu æquali distare liquet interuallo. Post hunc autem portum ad usq; Theodosiam urbem Taurica ripa per stadiorũ mille longitudinem, aspera, montanaq; & Aquilonibus procellosa, consistit. Ante ipsam uero promontorium in pelagus ualde procumbit in meridiem uersus Paphlagoniam, Amastrumq; urbem, appellatur autem *κρίς μέτωπον*, hoc est frons arietis. Opponiturq; illi Carambis Paphlagonum promontoriũ, quo pontus Euxinus geminum diuiditur in pelagus. Id utrinq; angustat euripus. Cæterum Carambis à Cherronesitarum urbe stad. duobus millibus & D. abest, ab Arietis autem fronte numero multo minore. Complures ex ijs qui ipsum per nauigarunt euripũ, utraq; simul spectasse promontoria nuntiant. In Taurorũ montana, & montem esse Trapezuntem ferunt, quo nomine & ciuitas appellabatur, ad Tibaraniam, & Colchidem pertinens. In eadem regione & Cimmerius est mons, in quo magnus fuerat Cimmeriorum ad Bosphorum potentatus, ubi & sinus Cimmerius uocatur quodcunq;

Taphij.

*τταραίνουα.

Taurica penin
sula.Cherronesus
urbs.

Parthenium.

Pactorum por
tus.

Ctenus portus

Eupator Mi
thridates.Scylurus eiusq;
que liberi.

Amastrum.

Arietis frons
promontoriũ.

Carambis.

Trapezus.

Tibarania.

Cimmerius.

paludis Mæotidis ostium cōtinet. Post iam dictam montanam regionē Theodosia iacet ciuitas, campos habens ubertate præstantes, ac portū uel centenīs nauibus accommodū. Iste finis antea & Bosphoranorum & Taurorum agro fuerat adscriptus. Tellus alia deinceps fertilitate conspicua est usq; ad Panticapæum Bosphoranorum Metropolin. Ea uero in ostio Mæotidis sita est. Inter Theodosiam & Panticapæum stad. D. ac xxx. interuallum est. Ora frumenti ferax, uicos habet multos, & urbem portus optimi, quā Nymphæum uocāt. Est uero Panticapæum tumultus frequentibus circumpositis habitaculis insignis ad stad. xx. Ad ortumq; portum habet & naualia ad naues xxx. Habet & arcem à Milesijs conditā. Leuconis autem ætate Sagauri atq; Parisadæ regali gubernabatur statu multos per annos & ora hæc & finitimi omnes accolæ, qui Mæotidis ostium utroq; ex latere tenēt, idq; usq; ad Parisadæ regnū, qui Mithridati tradidit imperiū. Hi uero licet æquitate & mansuetudine plures ornati essent, tyranni tamen uocabantur, à Parisadæ ac Leuconesumpto principio. Parisades etiam in deorū numerum relatus est, eiusdem nominis nouissimus rex fuit, qui cum exigentibus solito magis tributum barbaris resistere nequiret, Mithridati, cognomine Eupatori, regnū tradidit, ex illo ad Romanos peruenit imperiū. Maior autem illius pars in Europa est, cum & in Asia pars una sit. Os ipsum Mæotidis Bosphorus appellatur Cimmerius. Eius uero initium ab ampliore latitudine ad stad. Lxx. ubi è Panticapæis locis ad Phanagoriam propinquissimam Asiæ ciuitatem, diuisionem inchoant. Terminatur autem ad angustissimū euripum. Hæc uero angustia Asiam ab Europa separat, simul & Tanais fluuius, ab arcto in paludem & eius ostium è diuerso influens, duobusq; ijs in paludem erumpit alueis ad stad. inter se Lx. distantibus. Extat & ea qua flumen appellatione oppidum, amplissimum sanè, barbaris mercaturæ diuersorium, post Panticapæum. Intra Cimmerium uero Bosphorum, nauigantibus è sinistra, Myrmecium offertur oppidulum à Panticapæo stad. xx. à Myrmecio autem stad. bis totidem uicus abest Parthenium, quā ingressus est angustissimus stad. xx. cui oppositur uicus Achilleius nominatus in Asia. Hoc ex loco rectus ad Tanain & insulam inter eruptiones iacentē cursus accipitur stad. duobus millibus, atq; cc. Hunc paulo superexcedit numerū præter Asiam nauigatio, triplo uero maior à leua usq; ad Tanain nauigatio, in qua situs est isthmus. Hæc ad Europam uniuersa nauigatio solitaria est, à dextra uero minime solitaria, tota paludis circuitio stad. viii. millibus constare traditur. Magna uero Cherronesus, id est peninsula, ipsi Peloponneso forma & magnitudine perquam similis est, eam uero totam Bosphorani principes bellorū assiduitate uastatam habent. Illam ante Bosphoranorū Tyranni partem quidē Mæotidis ori, & Panticapæo adiacentem, usq; Theodosiam tenebant. Plurimam uero partem usq; ad isthmū, sinumq; Carpenicem Tauri habebant, ea uero gens est Scythica. Hæc autē ora tota, & aliqua extra isthmū usq; ad Borysthenem parua Scythia uocabatur. Propter transeuntium uero Tyram fluuiū & isthmū & eam terram habitantium multitudinem, huius etiam pars magna, Scythia parua nuncupata est. Cum Thraces partem uicini, partem loci malignitate (est enim plurima palustris) cōcesserint. Cherronesus sanè in mare uergens usq; Theodosiam tota frugifera est in campis, nō sic autem montana, frumento admodum beata. Vbi cuncq; forte fossore proficissa est xxx. reddit. Mithridati modiorū c. & Lxxx. millia, tributū nomine soluebant, ducenta uero argenti talenta, cum Asianis locis Sin

Panticapæum oppid.

Nymphæum.

Leuco. Parisades.

Mithridates.

Bosphorus Cimmerius.

Phanagoria.

Asiæ & Europæ termini. Tanais.

Myrmecium.

Achilleius uicus.

Taurorum diuio.

Scythia parua

dien circu
 licet è palu
 tas modior
 rias decem
 nabant, qui
 mbus quid
 illi arte quac
 omnes eius
 bellandi ma
 la suscipiunt
 dunt, quaru
 nimiam aua
 tribuantur,
 poeta nunc
 Contra uero
 sus incurfan
 Alandrum
 ribus ualla
 cem adifica
 & ciuili con
 mis obuerfa
 di. In dinur
 quæ Scylur
 bantur adu
 patorium æ
 Cherronesu
 dum uerger
 erat. Vtigit
 uon, imposi
 ad oppidum
 unam quod
 tulerent. P
 iniecto calar
 regij milites
 perdurarum
 lus Roman
 eunuchos
 & acres atq;
 rumq; in ca
 neaquilam
 dine inter ce
 sum, naribu
 adeo ut per
 extra Danu
 mare Mæot

dicen circumadiacentibus. His ex locis ad Græcos frumentarij com meatus erant, sicut è palude, salsamentaria. Traditum uero est, Leuconem regem decem ac ducentas modiorum myriadas è Theodosia Atheniensibus transmisisse (est autem myriadas decem millia cōtinens numerus) hos ipsos autem peculiariter agricolas nominabant, quia qui super eos assunt, nomades, id est pastores, cum alius generis carnibus quidē tum equinis aluntur, & equarū caseo & lacte & acetoso † lacte, quod illi arte quadam condientes, eximium habent opsonium. Quam ob causam poëta omnes eius tractus incolas galactophagos appellabat. Hi quidem ipsi Nomades bellandi magis quàm latrocinandi studio tenentur. Ipsi enim pro eorū finibus bella suscipiunt. Siqui colendæ telluris uoluntate ducantur, ipsi terrarum usum concedunt, quarum causa libenter tributa suscipiunt, moderate quidem magis quàm ad nimiam auaritiam imposita. nam diurna & necessaria uitæ iniungūt. Quod si nō tribuantur, in eos bella suscitant. Sic eos iustos pariter, & Abios hos eosdem uiros poëta nuncupauit, cum tributis recte persolutis nullo pacto bellaturi † confisterēt. Contra uero non persolutis armorum uiribus confisi insurgunt, similiter & aduersus incurfantes, aut facile uindicaturi aut impetū propulsaturi. Quemadmodum Asandrum factitasse, scribit Hypsicrates, qui ipsius Cherronesi isthmū ductis moribus uallauit, ad Mæotidem CCC. ac LX. stad. spatio, ad singula stadia turres decem ædificans. Cæterum ipsius agri cultores magis ac magis cōmunitate conditi, & ciuili consuetudine, fama ipsa prædicantur. Qui uero quæstuosi sunt & maritimis obuersati actionibus, ab latrocinandi uix abstinent iniurijs & auiditate lucrandi. In dinumeratione autem locorū ipsius Cherronesi & castellorū † multus astitit, quæ Scylurus eiusq; liberi condiderunt, quibus ad discursationes pro arcibus utebantur aduersus Mithridatis duces Palatiū & Chabum. Erat & Neapolis & Eupatorium ædificante Diophante duce Mithridatico. Est etiam promontorium ab Cherronesitarum muro ad xv. distans stadia, ingentem sinum efficiens, ad oppidum uergens supra quē salsus incumbit lacus, salinam habens. Hic etiam Ctenus erat. Vt igitur hæc duo regij ductores obtinerēt, in obsidionem iam dicti promontorii, imposito præsidio, locum muro circumuallarunt. Et illius sinus ostium usq; ad oppidum aggere ducto munierunt, ut iter facile pedestre fieret, & ex ambabus unam quodammodo ciuitatem efficerent, unde facilius Scytharum impetum excluderent. Postea uero quàm murum isthmi spectantis Ctenuntem inuaserunt, & iniecto calamo fossam exaggerarunt, quam interdum ponte constructo iunxerunt, regij milites noctu incenderunt. Et quoad illos in potestatem redigerent, obstinate perdurarunt. At nunc omnia sub Bosphorani subiecta sunt regibus, quos populus Romanus instituerit. Scythicæ gentis & Sarmaticæ mos proprius est, equos eunuchos † facere, ut mansuetiores ad parendum fiant. Parui enim sunt, at celeres & acres atq; rebelles. Venationes illis sunt intra paludes quidem ceruorum aprorumq; in campis autē onagrorum & caprearū. Hoc autem locis illis peculiare est, neaquilam gignant. Inter quadrupedia belua est quam Colon appellant, magnitudine inter ceruum & arietem albicante corpore, eximie super hos leuitatis ad cursum, naribus potans trahit ad caput, hinc postmodum complures ad dies seruans, adeo ut per carentes aquis agros, facile pabulum carpat. Huius generis uniuersa extra Danubiū regio est, in medio Rheni & Tanaidis spatio iacens, ad Ponticum mare Mæotidemq; protensa paludem. Reliqua pars Europæ intra Istrum est &

Myrias quid.
Agricola.

Nomades.
† ὄψιαντι.

Abij.
† οὐδ' ἂν ἠβί
σαυτοῖς ὡδῶν
μῶν.
Asander.

† καὶ τὰ πρὸς
τὴν ἑσπέρην, id
est ὁ castella
erant, quæ etc.
Scylurus.
Eupatorium.

Ctenus portus

Scytharū mo-
res.
† ἰσχυρῶν.
Equi castrati.

Colon.

maris circuitū. Huius initiū ab Adriatico sinu usq; ad sacrū Istri sumitur ostium, in qua & Græcia & Macedonum & Epiri gentes cōprehendantur, & super eos ad isthmū pertinentia, & ad utriusq; litoris pelagus Adriaticum ac Ponticum. Ad Adriaticum quidem Illyricus tractus est, ad alterum uero usq; ad Propontidem & Hellespontum ora Thraciæ locata est, & si qui admiscerentur his Scythæ uel Galli. Ab Istro autem exordium in capiant oportet, quibus tractandi sunt ordinatim loci situsq; dicendi. Hæc autem Italiam & Alpes & Germanos & Dacos & Getas attingunt. Hæc etiam bipartito percurras. quodā enim modo una ducta quasi linea parallela montes Illyrici & Pæonici & Thracij inter se distant, quæ ab Adriatico sinu in Pontum usq; perueniat, cuius partes in aquilonem spectantes, inter Istrū montesq; consistunt. In Austrū uero Græcia tellus, & usq; in montanos tractus Barbaræ. In Pontum quidē uergit mons Aemus cæteros eius spatij magnitudine ac sublimitate superans, mediāq; Thraciam diuidens, è cuius uertice, ut author est Polybius, utrunq; mare cernitur, minime uera dicens. Nam ingens interuallum est ad Adriam & obscurantia prospectū alia permulta. Ad Adriaticū nanq; tota fermè Ardea, in mediō autem Pæonia & hæc excelsa tota, è cuius latere utroque in Thraciam quidem Rhodope, propinquus & sublimis sanè mons post Aemum, altera ex parte ad septentrionem ora Illyrica, & Augariatarū regio & Dardanica. De Illyricis igitur dicendi sumamus initiū, quæ Istro sunt, Alpibusq; contigua, interq; Italiam & Germaniam iacentia, inchoant autem à lacu Vindelicorū & Rhætorum & Tœniorum. Ipsius profecto oræ partem desolatam fecere Daci, superatis bello Boijs atq; Tauriscis. Ea Gallica natio est Cretosiro subiecta, eam suæ ditioni subiectam regionem afferenti, tamen si Parisus amnis distinet, qui è montibus per Scordiscos, Galatas appellatos, in Istrum influit. Etenim illi cum Illyricis & Thracibus promiscue habitabant, cæterum illos quidē Daci deleuerunt, hos autem crebro in bellorum usum socios adsciuerunt. Reliquam plagam Pannonij obtinent usq; ad Segesticam atq; Istrum ad septentrionem atq; orientem. Ad alias uero partes amplius etiam porriguntur. Cæterum Segestica urbs est Pannoniorū, ubi fluuij plures confluunt, omnes sanè nauigationibus idonei, arx in gerendo cōtra Dacos bello natura perutilis. Subiacet enim Alpibus, ad Iapodes usq; protendētib; nationem Gallicam, simul ac Illyricam. Ex ijs locis complures labuntur amnes, quibus cum aliunde, tum ex Italia multa conuehuntur onera. Nam post promontorium ex Aquileia cōscendentibus Naupontum stad. sunt ccc. l. ad quam rhedæ perducuntur. Ea uero est Tauriscorum colonia, quanquam nonnulli d. esse dicāt. Promontorium illud, quædam est Alpium pars humillima, qui ex Rhætica usque ad Iapodes porriguntur. Hinc montana attollitur denuo ad Iapodes regio quam Albiam uocāt. Pariter è Tergesta pago Carnico, transmissio est per promontoriū ad paludem nomine Lugeū. Nauponto proximus est fluuius Corcoras, qui onera excipit, hic sanè Sauum intrat, Sauusq; in Drabum ingreditur, hic uero in Noaron penes Segestam. Hinc Noarus augetur accepto Calapi, qui ex Albio monte fluens per Iapodes Danubiū illabitur ad Scordiscos. Hæc ipsa nauigatio magna ex parte per fluuios in aquilonē, ex Tergesta in Danubiū cursum habet, per stad. circiter mille ac cc. Penes Segesticam castellum est Syscia & Sirmium ea in uia situm, quæ in Italiam ducit. Pannoniorū gentes sunt Breuci, Andizetij, Diascones, Pirusca, Mazæi, Dæsitiatæ, quibus Bato imperauit. Et alij conuentus ignobiles in

Dal

Dalmatiam usq; distenti. Sunt & Sardiæ ad meridiem procedenti, quorum ab initio Adriæ sinu, regio montana ad Rhizonicum sinum progrediens, agrumq; Sardiæorum inter mare gentesq; Pannonias cadit. Hoc ex loco de continua orbis circuitione dicturis, fermè faciendum est initium pauca de superius dictis repetentibus. In ipso sanè italiæ ambitu, diximus primos Illyrici litoris Istros esse, Italiæ, Carnisq; uicinos, & usq; ad Polam ciuitatem Istriæ, huius temporis Imperatores Italjæ terminos extendere. Hi quidem ab intimo sinu stad. circiter DCCC. sunt, totidemq; è promontorio ante urbes posito Anconem conspectantes, cum dextrorsum habeas oram Veneticam. Tota uero Istriæ nauigationis longitudo M. ac CCC. producitur stadijs. Dehinc cursus Iapodicus stad. M. continetur. Iapodes enim in Albio monte siti sunt, qui Alpibus posterior est, excelsus admodum, hinc quidem ad Pannonios Istrumq; pertinentes, hinc autem ad Adriaticum mare, pugnaces quidem, cæterum ab Augusto Cæsare tandem expugnati ad unum. Eorum oppida Metulum, Arupinus, Monetium, Vendum urbs, loci autem infœcundi alicubi & milium plurimum gignentibus. Ritu gallico armantur, Illyricorum quoq; more ac Thracum stigmatici. Secundum Iapodes in Liburnos est nauigatio priore maior stad. In ipsa nauigatione fluuius occurrit aduersa cum oneribus nauigandus aqua usq; ad Dalmatas & Sardo oppidum Liburnicum. Ad oram uero omnem, quam dixi maritimam, insulæ sunt, quas Absyrtidas uocant, circa quas Meæda fratrem Absyrtum, cum eam persequeretur, necasse traditur. Inde Cyraëtica est ad Iapodas pertinens, postea Liburnides, numero XL. Post illas aliæ insulæ iacentes, è quibus nobiliores pariter Tragurium ab Iseis conditum. Pharos, quæ antè Paros dicebatur, à Parijs ædificata. † Huius oriundus fuit Demetrius Phariæus. Dehinc Dalmatarum litus & eorum emporium Salo. Ea gens annos compluris aduersus Romanos bella gessit, castella ad L. habuerunt, dignitate præstantia. In his & oppida quædam Salo, Priamo, Ninia, atq; Sinotium & nouum & uetustum, quæ Cæsar Augustus uastauit incendio. Extat & Andretrium munitus admodum locus, Daimmiumq; ampla sanè ciuitas, à qua & cognomen gens illa uendicat. eam Nasica exilem reddidit, agrumq; desolatum pecori pascendum, tam improba incolarum erat auaritia. Nam Dalmatarum mos proprius est, per octennium ab inquilinis tributa exigere. Solent & illi nullo cum maritimis uti nummo, cum Barbaris communiter usurpant. Mons est Adrius, mediam diuidens Dalmatiam hinc ad mare, hinc autem ad terram reliqua. Post Naro fluuius est cui adiacent Daorizi, Ardæi & Pleræi, quibus propinqua est insula Melæna, quam Corcyram appellant, & oppidum quod condidere Gnidij. Ardæorum est primo quidem Paros, dehinc uero Pharos dicta, eam ædificauere Parij. Posteritas autem Ardæos uocauere Varalios, uerum reiecerunt illos Romani in interiora terræ, longius à mari, cum latrocinij cuncta uastarent, & agris incumbere colendis cogere. Asper sanè & sterilis ager est, & hominum minime culturæ deditorum, adeo ut funditus deleti fermè defecerint, quod & reliquis eius oræ mortalibus obtigit. nam qui prius potentia ualebant, ad ima redacti euanuerunt, sicut ex Gallis Boij, & Scordiscæ, ex Illyrijs uero Autariatæ & Ardæi & Dardani, ex Thracibus Triballi. Hi quidem principio inter se prelia conferentes, postea uero Macedonicis armis, & Romanis debellati sunt. Post Ardæorum & Pleræorum oram maritimam Rhizgorū sinus est, et eorundem oppidum cum quibusdam castellis. Et Drilo flu-

Sardiæ.
Italiæ termini.
Iapodū fines.

Metulum opp.
Arupinus.
Monetium.
Vendum opp.
Liburni.
Sardo.
Absyrtides.
Absyrtus.
Cyraëtica.
Liburnides.
Tragurium.
Pharos.
Paros.
* 3. r.
Demetrius Phariæus.
Dalmatæ.
Salo.
Priamo.
Ninia.
Sinotium.
Andretrium.
Daimmium.
Dalmatarum mos.
Adrius mons.
Naro flu.
Daorizi.
Ardæi.
Pleræi.
Melæna insul.
Corcyra.
Pharos.
Varalij.

Dardani.

uius, cuius aduerso flumine nauigatio ad ortum usq; ad Dardanicos porrecta, propinquat Macedoniae gentibus, propinquat & Paenonibus ad meridiem, sicut & Autariatae & Dafaretij. Cum alij alijs ex locis inuicem finitimi sint ipsis Autariatis, Dardaniorum sunt Galabrij, apud quos & urbs peruetusta & Thunata, ipsis Medis, quae gens Thracia est, ad orientem uicini. Dardanij natio prorsus agrestis, adeo ut sub fimo speluncas defossas incolant, degantq; studio tamen capti musicq; tibias & fides, & id genus instrumenta usurpant. Hi quidem mediterraneam habitant, de quibus posteriori mentio facienda erit. Post finem uero Rhizicum, Lissus oppidum est & Acrolissus & Epidamnus, quam Corcyraei condidere, hoc tempore dicta Dyrrachium ab Cherroneso, ubi sita est, nacta uocabulum, dehinc Apsus amnis & Aous, super quo Apollonia ciuitas extat, optimis instituta legibus. Eam Corinthij & Corcyraei aedificauere, a flumine quidem stad. x. longè abest, a mari uero lx. Caeterum Aoum, Aentem Hecateus appellat, asseritq; eodem ex loco circa Lacum, imò uero ex eodem sinu, Inachum quidem aduersus austrum, Argos irrumpere, Aentem uero uersus occasum in pelagus Adriaticum. In ipsis autem Apolloniatarum finibus celebris locus extat, quem Nymphaeum uocitant, ibi uero & petra est ignem uomens, cui fontes subsunt, qui aquas tepidas bitumemq; scatent, dum ipsa bituminis petra (uti par est) utitur. Propè uero in tumultu eius metalli effossilis locus est, quod excisum temporis spatio denuo repletur, cumq; tellus intra fossas aggesta sit, in bitumen transformatur, Posidonio teste. Idem memoriae prodidit, terram uinetis consitam, bitumine refertam, quae in Seleucia Pieria iacet, uineis esse remedio, quae pediculosae sint. Eas enim si cum oleo illam inunxeris, bestiolas, prius quam ad germina è radice ascenderint necare. Eius generis aliam Rhodi eo tempore fuisse repertam, quo ibi praetura administraret, sed oleo copiosiore opus fuisse. Post Apolloniam, Belliaca est, & Oreum eiusq; emporium Panormus, id est commoda cunctis statio, iugaq; Ceraunia, hic sinus Ionij & os & Adriae capit initium, os quidem ipsum utriusque commune est, differt autem Ionum, idcirco primae huius maris parti appellationem affert, Adriam uero intestinum mare, usq; ad extremum recessum nomen accepit, hoc autem tempore etiam uniuersum. Horum nominum alterum ἀπὸ τοῦ αἰσίου, id est à uiro descendere, Theopompus author est, qui eorum locorum tenuit imperium, unde & natio est, Adriam uero à flumine cognomini idem assecutum, A Liburnis ad Ceraunia stad. sunt paulò plura supra duo millia, totam uero ab inito recessu nauigationem dierum sex Theopompus diffinuit. Tractus autem Illyrici longitudinem pediti xxx. dierum ait, at mihi amplius esse uidetur. Alia quoque fide minime digna tradit, utpote maria ipsa commisceri, ideo quia in urbe Naronetegula Chia & Thasia inueniatur. Et utraque maria è monte quodam spectari asserit, & insulas Liburnas ita constituit, ut stad. d. circuitiorem habeant & Istrum in Adriaticum pelagus uno irrumpere ostio. Talia & Eratosthenes scribit, quaedam è uulgi sermonibus audita, quemadmodum Polybius, & de illo, & de alijs scriptoribus dixit. Vniuersus igitur ora Illyricae cursus maritimos portus habet optimos, ita enim & ex perpetuo ipsius litore, & ex ipsis propinquis insulis euenit. E contra uero Italicum litus Illyrico obiectum se habet, quod importuosum prorsus est. Aprica itaq; regio similiter frugifera, bonisq; feracissima fructibus, oliuetis, uinetisq; speciosa, nisi sicubi rara & aspera omnino rupes iacet. Talis cum plaga esset Illyrica mariti

* ἢ τῶν νῶτον
græce est. i. in
Narone fluuiio,
non urbe.

ultima præli
mum prop
nota monra
uitem ferat.
Pannonij te
nem Istro te
Thracumq;
fina atq; op
quod in eor
pore. Exhau
uenerat aute
uenta uero n
griaris usq;
quindecimi
dici fueran
mos debellat
& alij magni
habitabant,
alter Martus
Myfis finiti
dinis aucti f
Complures
Heortem &
Triballoru
paludes Scy
perius. Habi
ad Calatin &
Pontum uer
ro uniuersa
colunt, & pr
probij, Rho
cum, in hori
scura, quas c
& multorum
utroq; Paen
nam usq; Ae
nus Illyricum
excitant Illy
neas uero isti
res fore, tum
ius loci marit
quem termin
inceps agent
pidulum occ
pidulum alteru

ritima præsertim, spreta prius erat, uirtute locorum fortassis ignota, idcirco ut plurimum propter agrestes hominum ritus, gentemque piraticam. Super hanc sita regio tota montana, frigida & niualis est, ampliusque in aquilonem spectat, adeo ut raro uitem ferat. In altioribus uero & amplioribus locis montanæ sunt planities, quas Pannonij tenent in austrum usque Dalmatas & Ardiaeos porrectæ ad septentrionem Istro terminante. Ad orientem uero Scordiscis proximæ, quæ Macedonum Thracumque montes existunt. Fuerunt autem Autariatæ Illyricorum gens amplissima atque optima, qui cum Ardiaeis assidue belligerabant. Bellorum causa erat sal, quod in eorum finibus coagulatur ex aqua, quæ e uase quodam uerno stillat tempore. Exhaustentibus enim & deponentibus sal ipsum die quinto coagulatur. Conuenerat autem inter eos, ut per uicissitudinem congelatorio uterentur loco, conuenta uero transgressi, manus conferebant. Cæterum Autariatæ Triballos, ab Agrianis usque ad Istrum pertinentes, aliquando deleuerunt. Erant autem dierum quindecim iter ex alijs Thracibus & Illyricis protensi. Extincti uero prius à Scordiscis fuerant, postea autem ab Romanis, qui etiam Scordiscos diutius potentissimos debellarunt. Enim uero ij penes Istrum habitabant, duas in partes diuisi. nam & alij magni Scordisci appellati sunt, alij uero parui. Illi quidem duos inter fluuios habitabant, Istrum illabentes, alter Noarus appellatur, præter Segepticam fluens, alter Martus, uel (ut alij) Bargus. Parui autem ultra Istrum incolebant, Triballis & Mysis finitimi. Quædam etiam insulas habebant Scordisci, eò autem magnitudinis aucti sunt, ut usque Illyricos & Pæonicos & Thracios prouecti sint terminos. Complures igitur iacentes in Istro insulas occupauere. Ipsi etiam urbes habuere Heortem & Capedunum. Post Scordiscorum agrum ad Istrum quidem adiacet Triballorum & Mysorum plaga, de quibus superius mentio à nobis facta est, & paludes Scythiæ intra Istrum quam minorem nocant, & harum meminimus superius. Habitant & isti & Crobyzi, & alij quos Troglodytas uocant, ad loca quæ ad Calatin & Tomæam & Istrum pertinent. Dehinc Aemiacolæ, & qui usque in Pontum uergunt, Coralli & Bessi, & Medorum quidam & Danthelita. Hæc uero uniuersa latronibus refertissima loca, Bessi magna ex parte montem Aemium incolunt, & propter latrocinandum latrones uocitantur, quidam Calybitæ & Lyprobij, Rhodopæ propinqui atque Pæonibus & Autariatis & Dardanij ad Illyricum, in horum medio & Ardiaeorum Dafaretij iacēt & Hybriantes, & gentes alia obscuræ, quas cum diriperent spoliarentque Scordisci, desolatum reddiderunt agrum, & multorum dierum nemoribus inaccessis referferunt. Inter Istrum & montes ex utroque Pæoniæ latere maritima Ponti ora protenditur, ab ore sacro Istri ad montem usque Aemii plagam, ostiumque Byzantico propinquum, quemadmodum litus Illyricum adeuntes usque ad Ceraunios montes peruenimus, qui extra tractum existunt Illyricum, proprium tamen quendam habentes terminum. Mediterraneas uero istis gentes terminauimus, cum ad huiusmodi descriptionem insigniores fore, tum ad præsentia, tum ad posteriora putaremus. Eodem modo in ore huius loci maritima, quamuis montanam egrediatur lineam, ad proprium tamen aliquem terminum finitur, Ponti scilicet ostium, & ad ea quæ modo, & ad ea quæ deinceps agentur. A sacro igitur ostio Istri dextrorsum habenti litus perpetuum, oppidulum occurrit Ister nomine, ad stad. D. à Milesijs ædificatum. Inde Tomis oppidulum alterum ad CC. L. stad. Dehinc urbs Calatis in stad. CC. & LXXX. ab Hera-

Autariatæ.

Salis coagulatio.

Triballi ab Autariatis deleti. Scordisci.

Noarus flu. Martus flu. Bargus.

Heorta. Capedunum.

Crobyzi.

Coralli. Bessi. Danthelita. Calybitæ. Lyprobij. Dafaretij. Hybriantes.

Pæonia.

Ister opp.

Tomis.

Calatis.

Apollonia. cliensibus deducta colonia. Postea Apollonia stad. m. & ccc. Milesiorum colonia.
 M. Lucullus. Cuius maior muri portio, quadam in exili condita infula est, ubi Apollinis sacellū
 Apollinis co- existit. Quo ex loco M. Lucullus colossū extulit, & in Capitolio collocavit, fuit
 lossus. autem Apollinis statua, Calamidis opus. In medio autem Calatidis & Apollonie
 Bizona. spatio Bizona iacet, maxima ex parte sui, terræmotibus absorpta. Inde Crulij, &
 Crulij. Odeffus Milesiorum colonia. Et Naulochus, Mesembrianorum castellum. Post
 Odeffus. ea mons Aemus, ab hoc usque mare progrediens. Deinde Mesembria Mega-
 Aemus. rensium colonia; quam antea Menebriam uocabant, ueluti Menapolis, id est Me-
 Mesembria. napolis.
 Menebria. Bria uero sermone Thracio ci-
 Napolis. uitas nominatur, sicut & Selyos oppidum, Selymbria dicta est. Et sic Aenus quan-
 Bria. doque Poltiobria nominata erat. Deinceps Anchiala castellum, ab Apolloniatis
 Selymbria. conditum, quæ & Apollonia dicebatur. Hoc in litore Cetirizis promontorium
 Poltiobria. prominet, locus munimine ualidus, quo aliquando Lysimachus opum suarum
 Anchiala. thesauro & ærario usus est. Rursus ex Apollonia ad Cyaneas insulas stad. sunt m. et
 Cetirizis pro. d. In eo autem interuallo Thynia Apollonitarum ager † & Anchiala, eorundem
 Cyaneæ. ora & Phthinopolis & Andriaca propinquæ Salmydisso. Litus uero hoc deser-
 Thynias. tum est petrosū, importuosum ad aquilonis flamina late patens & apertum, ad
 * Græce legi- Cyaneas usque longitudine stad. circiter dcc. Ad quod naufragio eiectione, ab oppi-
 tur ἢ τῆς θωρίας dōν ἀπολλωνιατῶν ἢ ἀπὸ τῆς ἀγῆς. uidetur ἢ ἀπὸ ἀγῆς non esse prium, sed ad-
 iectiuum ut sit Apolloniatariū ager mariti-
 mus, &c. Phthinopolis. x. promontorium obuiat, fretum quinque stad. angustans, deinde dilatatur am-
 Andriaca. plius, & Propontidis initium efficit. Ex eo promontorio, quod stad. quinque an-
 Salmydisso. gustum efficit fretum, ad portum nomine Ficulneum stadia quinque & triginta in-
 Cyaneæ. terfunt. Hinc ad Byzantium cornu quinque, est autem cornu ad Byzantium mœnia
 Propontidis initium. propè spectans, sinus in occasum extensus ad stad. sexaginta, cornu ceruino perq̄
 Ficulneus portus. similis. nam in plures sinus perinde ac ramos quosdam scinditur, in quos irruentes
 Cornu Byzantium. pelamides facile captantur. Id autem cum earum multitudine, tum uel & impellen-
 Pelamides piscis eorumque uenatio. Earum generatio in Mæoticis paludibus fit, inde uero paulatim erumpunt grege
 Trapezus. facta per os ipsum ac propter litus Asiaticum usq̄ Trapezuntem ac Pharnaciam
 Pharnacia. excurrunt. Hinc primum earum uenatio existit non copiosa admodum. Nondū
 Sinope. enim cōueniens est multitudo, ut uero Sinope propius accesserint, speciosior nimis
 earum est piscatio simul & salsamentaria. Postq̄ uero Cyaneas transierint, &
 ex ripa Chalcedonia albicans occurrerit petra quædam, tantus bestijs ipsis terror
 incutitur, ut è uestigio in ulteriorem conuertantur ripam. Quas cum præceps aqua-
 rum cursus corripit, & innata locorum aptitudo maris fluxum ad Byzantium cor-
 numq̄ Byzantium deflectat, & eo naturæ impetu propellat, copiosum Byzantinis po-
 puloq̄ Ro. suppeditat prouentum. At enim Chalcedoni in ulteriore prope consis-
 tentes litore, in nullam eius ubertatis cōmunionem accedunt, quoniam ad eorum
 portus, ne una quidem pelamis sese applicat. Memorij proditum est, cum Byzan-
 ti conditores post edificatam à Megarensibus Chalcedonem Apollinis oraculum
 Apollinis re- sponsum. Chalcedonijs. consulere, eis mandasse, ut contra cecos habitationem locarent. Cecos enim ideo
 caci. Chalcedonios uocabat, quia cum prius ad ea loca nauigassent, omissa tam locuple-
 teri

ne ripa tenui
 line civitate
 ne nauigari
 id est ciuium
 de exercitu
 gne sunt, qu
 maris oram
 ponti plagar
 tana in austr
 & conigua
 leponne so
 tam exitisse.
 num habitat
 fuerant, Pello
 men indidit,
 Leleges & ali
 uerientes cu
 Cadmeam au
 ac Tembices
 fuit tempus
 Ex aliquo
 Jodrus, Ac
 nos usq̄ an
 contradiceb
 habitat, Thra
 uero & Atol
 nes gentes Ep
 nulli qui eos
 miliones. Q
 ur, frequen
 legia appellat
 pes incoleban
 res illi qui Tr
 fluuio uicinis
 dum est, quo
 rrabūdi anti
 nanum polit
 uero in occas
 lita is nunc †
 Similiter & in
 politia quem
 tem nuncupa
 ex his nonnul
 dum esse con

te ripa tenuiorem accepissent. Iam usq; Byzantium progressi sumus illustrissimam fanè ciuitatem, ad nobiliora confinia propinqua & Istri ostio uicinam, ab eo flumine nauigationem planè demonstrantem. Supra Byzantium uero gens Astorum, id est ciuium iacet, in qua Calyba ciuitas est, eam Philippus Amyntè filius collectis de exercitu ignauissimis habitandam constituit. Hæ igitur nationes memoratu dignæ sunt, quas Ister & montes Illyrici Thraciq; terminant, maritimam Adriatici maris oram uniuersam ab inito sinu inchoatam comprehendentes, & sinistram ponti plagam ab Istro flumine usq; Byzantiū. Reliqua sunt de regione dicta montana in austrum spectantia, quæq; his subiacent ordine loca, in quibus est Græcia, & contigua usq; in montes protenta barbaries. Hecateus itaq; Milesius hæc de Peloponneso scripta prodidit, eam, prius quàm Græci incolerent, à Barbaris habitam exitisse. Itidem ferè & Græcia uniuersa prisca temporibus Barbararum nationum habitatio fuerat. In quam ductus est rationem per ea quæ memoriæ prodita fuerant, Pelops quidem ex Phrygia, ducto secum populo, ab se Peloponneso nomen indidit, Danaï uero ab Ægypto profecti, Dryopes & Caucones & Pelasgi & Leleges & alij id genus terras intra isthmum & extra partiuerunt. Agrum Atticū uenientes cum Eumolpo, Thraces tenuere, Aulidem uero terræ Phocidis Tereus, Cadmeam autem aduecti cum Cadmo Phœnices. Ipsam uero Bœotiam Aones, ac Tembices & Hyantes. Pyndarus autem ait,

ὡς δ' ἔτι ἦν Βοιωτῶν ἔθνη ἄνθρωποι.

Fuit tempus quo Hyas Bœotiam gentem gubernabat.

Ex aliquorum quoq; uocabulis barbaricū ipsum manifestatur, ut sunt Cecrops, Codrus, Æclus, Cothos, Drymas, Crinanus. Thraces uero & Illyriæ & Epirotæ ad hos usq; annos in lateribus insident, quanquã longe magis antea quàm nunc ubi contradicebat nullus, & in præsentia magnam Græciæ partem Barbarorum natio habitat, Thraces quidem Macedoniam & plerasq; Thessaliæ partes, Acarnaniam uero & Ætoliam superiorem Thesproti, Asopæi, Amphilochi, Molossi, Athamanes gentes Epiroticæ. De Pelasgis igitur abunde dictum est. Leleges uero sunt nonnulli qui eosdem illos & Cares arbitrentur, alij finitimos solum, conciuēsq; atq; cõmilitones. Quocirca in Milesiorū agro habitationes quædam Lelegum nominantur, frequentibusq; in locis Cariæ & sepulchra Lelegum & munimenta deserta, Lelegia appellata monstrantur. Quæq; nunc Ionia dicitur, totam eam Cares & Leleges incolebant, quos cum Iones expulissent, ipsi regionem occuparunt. Etiam ueteres illi qui Troiam expugnauerunt, Lelegas è locis Sidæ & Pedaso & Satnioenti fluuio uicinis eiecerunt. Quod autem isti Barbari fuerint, uel hinc signum putandum est, quod Caribus pariter congregati fuere. Quod autem & cum eis, & per se errabūdi antiquis temporibus fuerint, declarant Aristotelis politiæ. Nam in Acarnanum politia, quandam (inquit) Acarnaniæ partem Curetes habent, spectantem uero in occasum plagam Leleges tenent, reliquam inde Teleboæ. In Ætolorum politia is nunc † Locros Lelegas uocat, à quibus & Bœotiam occupatam fuisse dicit. Similiter & in Oponiorū et Megarensiū politia testatur. At enim in Leucadiorū politia quempiam indigenā & aboriginem, Lelegem nominat, cuius ex filia nepotem nuncupat Teleboam. E quo duos & xx. liberos Teleboas procreatos inquit, ex his nonnulli Leucadem habitasse traduntur. Hesiodo maxime fidem adhibendam esse contenderim, qui Lelegum populorum ducem fuisse Locrum asserit.

Byzantium.

Asti pop.
Calyba.

Græcia.

Peloponnesus
unde dicta.Aulis.
Tereus.
Bœotia.
Aones.
Tembices.
Hyantes.Thraces in
Macedonia.Thesproti.
Asopæi.
Amphilochi.
Molossi.
Athamanes.
Leleges.
Lelegia.
Cares.
Ionia.
Troia.Curetes.
Teleboa.ἡὶς νῦν λέγεται
Lelegas uocat.

Locrum.

*Leleges quasi
lecti & miscel
lanea gentem,
dictos.*

Quos Saturnius Iuppiter immortalia sapiens consilia, è Deucalionis tellure delectos uagos exhibuit. Vis enim ipsa uocabuli significare, ut censeo, uidetur, plerosque temporibus antiquis delectos promiscuos fuisse, cum eorum natio deficeret. Hæc sanè aliquis & de Cauconibus dicere posset, qui cum antea pluribus in locis habitarent, nusquam nunc existunt. Superioribus itaque seculis cum gentes permultæ, licet exiguæ & ignobiles essent, tamen uirorum excellentia, cum per se sua tenerent imperia, earum terminos distinguere, non magnæ profecto difficultatis erat. Nunc autem deserto & plurimum uastato solo, uicisque & urbibus deletis, si omnem pro uiribus adhibueris curam ac diligentiam, nihil sanè proficies, propter locorum ignobilitatem & uastitatem, quæ dudum inchoata, necdum hac etiam ætate cessauit multis in partibus, propter populorum rebelliones, quibus Romani cum exercitibus incubuerunt & habitatoribus ab illis instituti sunt domini. Septuaginta igitur Epirotarum urbes à Paulo Aemilio Imperatore funditus euerfas esse, author est Polybius, uictis Macedonibus & Perse Rege superato. E quibus maximum numerum Molossorum extitisse nimirum mortalium c. & l. millia in seruitutem reducta. Attamen aggrediemur, & quoad descriptioni conuenit, & nobis adire licet, singula percurramus. Ab oraque Ionij sinus maritima captabimus initium, in quam quidem Adriæ nauigatio terminatur. Eius primæ partes sunt Epidamnus siue Dyrrachium & Apollonia. Ex Apollonia in Macedoniam, Egnatia in orientem uia est, quam per millia passuum mensi sunt, lapideasque columellas, usque Cypselum & Hebrum amnem mil. pass. d. atque xxxv. Computatis uero per singula millia stad. octo, stadiorum erunt millia iiii. cc. & lxxx. Adiungit Polybius unicuique stad. diplothrum, id est iugera duo, quæ stad. pars tertia est. Vnde adijcienda sunt stad. c. lxxviii. & tertia stad. pars milliariorum numero. Contigit autem ab Apollonia & Epidamno siue Dyrrachio promotos ex æquali distantia eandem in uiam incidere. Tota quidem uocatur Egnatia. Prior quidem ex Candauia nominatur, qui mons est Illyrici, per Lychnidium urbem & Pylonis locum, qui in uia ipsa Illyricum Macedoniamque determinat. Illinc uero prope Barnuntem per Heracliam atque Lincistas, & Eordos ad Edesam & Pellam usque Theffalonicam itur. Hæc autem (ut Polybius scribit) cc. lxxvii. miliaria sunt. Quam permeantibus uiam circa Dyrrachium uel Epidamnum & Apolloniã, dextrorsum gentes iacent Epiroticæ, quas mare Siculum alluit usque ad sinum Ambracium. Aleua uero montes regionis Illyricæ, quos antea percurramus, & gentes accolæ quoad in Macedoniam Pæonesque perueneris. A sinu deinceps Ambracio plaga in orientem uergens è regione Peloponnesi perueniens, ad Græciam pertinet. Dehinc Aegeum excidit pelagus, dextera ex parte totam relinquens Peloponnesum. Ab Macedonicarum autem gentium atque Pæonicarum exordio usque ad Strymonem fluuium Macedones ac Pæones habitant, & Thracum montanorum aliqui. Trans amnem Strymonem uero usque ad Ponticum ostium atque Aemum montem, cuncta sunt Thracum, excepto litore, quod Græci tenent, quidam sanè in Propontide siti, plerique uero ad Hellepontum aut sinum Melanon id est nigrum. Alij uero super Aegeo pelago. Cæterum Aegeum pelagus duo alluit Græciæ latera, alterum in orientem prospectans, extensum uero à Sunio ad Arcton usque ad Thermæum sinum, atque Theffalonicam oppidum Macedonicum, quæ supra cæteras huius ætatis urbes eximia ciuilitate floret. Alterum uero Macedonicum à Theffalonica ad meridiem porrectum usque

*Epirotarum
urbes.
Paul. Aemili-
us.*

*Adriæ termi-
nus.*

Epidamnus.

Dyrrachium.

Apollonia.

Egnatia.

Cypselus.

Hebrus.

Diplothrum.

Candauia.

Lychnidium.

Pylon.

Barnus.

Pæones.

Aegeum.

Macedones.

Thracum loca.

*Thermæus si-
nus.*

Theffalonica.

usque ad Stry
Macedonia
bi loca uen
constituit. E
cum pelagu
mthiacum
ellerefert, eq
pirotica terr
ro Molossi,
fuerant. nam
donæ uetus a
lophenes, qu
Ambracium
reincipias à
thiacum, ad
curtus est sta
nus os. In ho
amplissimus
cyre in occa
Brundisium
prio in auct
tant. Post O
nem Cœne
naris frequ
terra disjunc
preternauiga
um nomine
alu de profl
Propè labitur
fita, quond
et Phœnice. I
um opusha
rum illarum a
nceps portus
stad. sexaginta
Augustus,
quibus ostium
et sinus. Huius
stad. ccc. am
dextra habita
mulo ad ostiu
quibus Cæsar
dine usque decir
medio profu
Castrope usque

usq; ad Strymonem. Pleriq; autem totam ab Strymone usq; ad Nestum, plagam, *strymon.*
Macedoniæ attribuunt. Quoniam Philippus eximio captus est studio, ut hæc si-
bi loca uendicaret, maximaq; ex metallis, & reliqua locorum ubertate uectigalia
constituit. E Sunio uero usq; ad Peloponnesum Myrtoum & Creticum & Liby- *Myrtoum pel.*
cum pelagus est, cum sinibus usque ad Siculum. Hoc uero & Ambracium, & Co- *Creticū pel.*
rinthiacum & Crisæum sinum complet. Theopompus XIII. Epirotarum gentes *Libycum pel.*
efferefert, è quibus celebratissimæ sunt Chaones & Molossi, quippe qui totius E- *Chaones.*
piroticæ terræ quandoque regnum tenuere. Prius quidem Chaones, posterius ue- *Molossi.*
ro Molossi, qui quidem propter regum cognationem magis ac magis amplificati
fuerant. nam ex Æacidarum sanguine prognati sunt. Accedit quod penes illos Do-
donæ uetus ac nobile uigebat oraculum. Chaones igitur ac Thesproti, deinde Cas-
siopenfes, qui & ipsi Thesproti sunt, ipsa à Ceraunijs montibus usque ad sinum
Ambracium maritima fruuntur ora, agro sanè ubertate foelice. Quod si nauiga-
re incipias à Chaonibus in orientem solem ac sinum Ambracium atque Corin-
thiacum, adeo ut dextera quidem Aufonium habeas pelagus, leua autem Epirum,
cursus est stadiorum mille & trecentorum à montibus Ceraunijs ad Ambracijs si-
nus os. In hoc quidem interuallo Panormus est portus, intra Ceraunios montes
amplissimus, & post illum Orchimus portus alius, ad quem promontoria Cor- *Panormus.*
cyræ in occasum uergentia opposita iacent. Alius item Cassiopa ex quo usque *Orchimus.*
Brundisium stad. intersunt mille & DCC. totidemq; ab altero Cassiopæ promon- *Cassiopa.*
torio in austrum spectante usq; Tarentum, quod Phalacrum, id est caluum appel- *Phalacrum.*
lant. Post Orchimū autem extat Posidium ac Buthrotum in portus ore cōditum, *Posidium.*
quem Cœnosum appellant. Locus est peninsula & Cherronesi formā habens, Ro- *Buthrotum.*
manis frequens accolis. Sunt & Sybota insulæ perexiguæ paulisper ab continenti *Cœnosus por-*
terra disiunctæ, ad orientale promontoriū Corcyræ Leucimmā sitæ. Sunt & alia *tus.*
præternauigantibus insulæ perexiles haud memoratu dignæ. Inde prominens so- *Sybota rā.*
lum nomine Chimeriū, dulcisq; portus, quem intrat amnis Acherō, ex Acherusia *Leucima pro-*
palude profluens, cōpluraq; suscipiens flumina, quibus sinus ipse dulcis efficitur. *Chamerium.*
Propè labitur Thymiathis. Super hunc sinum iacet ciuitas, nūc quidem Cichyrus *Dulcis portus.*
dicta, quondā autem Ephyra, quam Thesproti condidere. Penes Buthrotū uero *Ἰσχυρὸν ἄλυσ.*
est Phœnice. Non longe uero à Cichyro pusilla ciuitas iacet Buchetiū, Cassiopen- *Acheron.*
sium opus haud procul à mari, & Elatria & Pandosia & Batig in mediterranea, cæ- *Thymiathis*
terum illarū ager usq; ad sinum pertinet. Secundū dulcem portū autem duo alij de *fluuius.*
inceps portus existunt, unus quidem propior ac minor nomine Comarus isthmū *Cichyrus.*
stad. sexaginta efficiens ad Ambracium sinum atq; Nicopolin, quam urbem Cæ- *Ephyra.*
sar Augustus edificauit. Alter procul magis & amplior & præstantior prope sinus *Phœnice.*
ipsius ostium distans à Nicopoli XII. stad. interuallo. Deinceps est ostium Ambra- *Buchetium.*
cij sinus. Huius etenim sinus ostiū ipsum paulo quàm stad. IIII. maius est, circuitus *Elatria.*
stad. CCC. amplectitur, optima omni ex parte eius statio. Ingredientibus occurrūt à *Pandosia.*
dextra habitantes ex Græcis Acarnanes & Apollinis Actij templum, quodā in tu- *Batiæ.*
mulo ad ostium eminens, cui campus subiacet lucum habens. Sunt & naualia in *Comarus.*
quibus Cæsar undeuiginti naues, decimarū nomine reposuit, ab uno remorum or- *Nicopolis.*
dine usq; deciremes adiungens. Memoria quoq; proditū est, & nauale & naues in- *Ambracius si-*
cendio prorsus extinctas esse. Sinistra uero Nicopolis est, & Epirotarum colonia *nus.*
Cassiopæ usq; in intima sinus Ambracijs, cui supereminet paulisper à sinu distans *Cassiopæ si-*
nus.

Tolgus, cuius memoriam Cypselus struxit. Præter eam labitur Aratthus fluuius, per quem à mari ad ipsam Tolgum paucis admodum stad. aduersa nauigatur aqua. Oritur autem ex monte Stympheo ab illius radice. Hæc autem ciuitas superioris tempore eximia fortuna enituit, ex ea igitur sinus ipse cognomen assecutus est. Maximum ei Pyrrhus attulit adiumentum, cum eo loco pro regali sede uteretur. Macedones autem ac Romani postea, & hanc & alias ob eorum rebellionem assiduus bellorum laboribus exhauserunt. Eam ob rem Cæsar Aug. demum cum destitutas admodum animaduerneret, cunctas in eo sinu ad unius habitationem congregauit. Eius ipse uocabulum indidit, Nicopolin, id est uictoriæ ciuitatem, & suæ uictoriæ cognomen imposuit. In qua M. Antonium ante sinus illius ostium nauali prælio, simul & Aegypti reginam Cleopatram superarat. nam & ipsa huic certamini præfens interfuit. Ipsa igitur Nicopolis egregia incolarum multitudine abundans, amplificatur in dies, latos fines habens, et hostilibus ornata spolijs. Habetque in oppido suburbio templum magnifice extructum. Est & lucus gymnasio, stadioque ad quinquennale ludorum certamen apparatus, sacerque luco superne turmulus imminet dedicatus Apollini. Instar autem Olympiorum, ludi Actij designantur, Actio Apollini consecrati, eorum curæ Lacedæmonij præfecti sunt. Reliqui uici & circumhabitata loca, Nicopoleos iuri attributa sunt. Actia quoque ipsi deo prius, & à finitimis agebantur, & certantibus coronæ proponebantur, hac autem ætate Cæsar Augustus honorificentius edidit. Secundum Ambraciam Argos extat Amphiloichium, quod Alcæon, eiusque liberi condidere. Constat enim Alcæonem (ut auctor est Ephorus) post Epigonorum aduersus Thebas expeditionem, ab Diomede in Aetoliam ad eius auxilium accersitum aduentasse. Et eius ope illum hanc simul & Acarnaniam in potestatem redegit. Cæterum cum postea illos ad bellum Troianum Agamemnon accerseret, ad id proficiscente Diomede, Alcæonem in Acarnania mansisse, & Argos ædificasse, ipsumque à fratris nomine Amphiloichium uocasse. Inachum etiam amnem per illius agrum fluentem in sinum, Argiue terræ appellationem addidisse. Thucydides autem scriptum reliquit, ipsum Amphiloichum, post eius à bello Troiano reditum, cum esset Argiuis inuisus, in Acarnaniam secessisse. Et accepto à fratre principatu, oppidum in sui nominis memoriam edificasse. Epirote quoque sunt Amphiloichi, et qui superius incolunt, et qui sunt Illyricis adiuncti montibus rupes, & asperum habitantes agrum. Molossi etiam & Athamanes & Æthines & Tymphæi & Orestæ & Parorei & Atintanes, quorum nonnulli Macedonibus magis applicantur, aliqui uero Ionico sinui. Memorie quoque traditum est, Orestiadem oram ab Oreste quandoque occupatam fuisse, cum cæsa matre exul profugeret, & sui regioni nomen reliquisset, cumque oppidum condidisset, Argos Oresticum de suo uocasse nomine. Hisce uero gentes commiscuntur Illyricæ, quæ ad montanam regionem australi de parte prospectant, quæque super Ionium sinum iacent. Super Epidamnium enim siue Dyrrachium & Apolloniam sedes habent Bylliones & Talanti & Parthini & Phrygi usque ad Ceraunios montes. Prope uero adsunt argentifodinæ in Damastio, ubi potentatum constituere Perysades, quos Enchelios & Sefarsios nominant. Penes hos Lyncistæ et Deuriopus & Tripolitæ, Pelagonia & Leordi & Limia & Eratyra, loca quidem hæc quondam singula magna ualebant potentia, quorum imperium Cadmi nepotes & Hermione ad Enchelias tenuere, quæque de illis fabulosa nominantur, his in locis ostenduntur. Harum

Tolgus.
Aratthus flu.
Stympheus.

Nicopolis un-
de dicta.

Apollinis Actij
ludi.

Argos amphi-
lochium.
Alcæon.

Amphiloichus.
Inachus.

Amphilochi
pop.
Molossi.
Athamanes.
Æthines.
Tymphæi.
Orestæ.
Parorei.
Atintanes.
Argos Oresticum.

Bylliones.
Talanthij.
Enchelij.
Sefarsij.
Lyncistæ.
Deuriopus.
Tripolitæ.
Pelagonia.
Leordi.
Limia.
Eratyra.

rum quide
citer sub A
pis Philip
Molossi fut
celloribus T
tur. Postea c
grum tand
bus. samq
cedoniae no
dicebant. Al
rationem
uantur pari
num regno c
ua ex Dyrra
les ad Lych
& fluuij Ion
& Achelous
abitur Am
mare fluunt
rum multis a
Deuriopis, a
poribus ci
ar. Superq
Byranium &
ero Tympl
redonig, & T
es, de quibu
simul & uicir
c. & xx. Pro
um ingressio
Polyano, aliq
cum, hoc ue
gos, ruderun
a) quodamr
tum fuit. na
tur. Quo circ
zelle d' uo
Dodongere
Dodona int
De Pelaf
fuit. Circa D
ipse declarat
appellat. V
los, quemad
rum

rum quidem nationum regnum nequaquam indigenæ capessabant, cæterū Lyn-
cistæ sub Arrabeo fuere deducende à Bacchiadis originem. Huic nata est filia ne-
ptis Philippi Amynthæ filij mater, Euridices filij, Irrha uero filia. Epirotarū gens
Molosi sub Pyrrho Neoptolemo fuere, quem Achilles procreabat, & sub eius suc-
cessoribus Theffalici sanguinis. Alij uero sub indigenarum gubernaculo regeban-
tur. Postea quibusdam semper obtinentibus uictoribus res, ad Macedonum re-
gnum tandem tota conuersa est, paucis duntaxat exceptis super Ionio sinu sedenti-
bus. Iamq; Lyncistum & Pelagoniam & Orestiadem & Æmiam superioris Ma-
cedoniæ nomine comprehendebant, eamq; posteriores Eleutheram, id est liberam
dicebant. Aliqui uero uniuersam usq; ad Corcyram Macedoniam appellant, eius
rei rationem simul afferentes, quod & tonsura & lingua & chlamyde alijsq; talibus
utantur pariter omnes. Pleriq; gemino sermone loquuntur. Soluta autem Macedo-
num regno cuncta in Romanorum ditionem concessere. Per has gentes Egnatia
uia ex Dyrrachio & Apollonia perducitur. At circa uiam Candauia lacus, ac palu-
des ad Lychniduntem extant, ubi copiosa piscium habentur falsamentaria. Sunt
& fluuij Ionium irrupentes sinum, & in austrum uergentes, Inachus, & Ratous,
& Achelous, & Euenus, quem priores Lycormam uocabant, ille quidem sinum
illabitur Ambracium, alter uero in Acheloum. Cæterum Achelous & Euenus in
mare fluunt, ille quidē per Acarnaniam labens, hic uero per Ætoliam. Erigon au-
tem multis acceptis annibus ex Illyricis montibus, & à Lyncistis & Brygibus &
Deuriopis, alijsq; compluribus in Axium irrumpit. In hisce gentibus antiquis
temporibus ciuitates extabant, Tripolis, Pelagonia cognomine, cuius & Azorus e-
rat. Superque Erigone uniuersæ ciuitates Deurioporum consistebant, e quibus
Bryanium & Alalcomene & Symbara. Cæterum Cydriæ Byrsarum, Eginium
uero Tymphæorum fuit, Ethiciæ confine atq; Tricæ. Propinqui uero iam & Ma-
cedoniæ, & Theffaliæ sunt ad montem Pœum & Pindum Aethices & Penei fon-
tes, de quibus & Tymphæi & Theffali, Pindiacollæ certant, iusq; sibi uindicant,
simul & uicina Ioni fluuiio Oxynæa ciuitas, quæ à Tripolitano distat Azoro stad.
c. & xx. Propè adsunt & Alalcomene & Eginium & Europus & Ionis in Pene-
um ingressio. Ea tempestate (ut dixi) licet aspera & montibus plena Tamaro &
Polyano, alijsq; compluribus, egregie tamen populosa Epirus tota erat & Illyri-
cum, hoc uero tempore magna ex parte solitudo tenet, habitatur autem per pa-
gos, ruderumq; reliquias. Dodonæum autem oraculum (quemadmodum & cete-
ra) quodammodo derelictum est. Illud uero (authore Ephoro) à Pelasgis constru-
ctum fuit. nam Pelasgi inter potentissimos Græciæ populos antiquissimi celebra-
tur. Quo circa poëta ita cecinit,

Ζδὴ ἄνα δωδωνᾶς πελασγικῆ.

Dodonæ rex Pelasgice Iupiter. Hesiodusq;

δωδωνίῳ φηγόντι πελασγῶν ἑσσανοῦ ἦεν.

Dodona inter quercus sedes Pelasgorum extitit.

De Pelasgis, cum Tyrrenam gentem exponebamus, satis à nobis dictum
fuit. Circa Dodonam uero & templum habitantes Barbaros extitisse, Homerus
ipse declarat ex eorum uiuendi norma, quos spurcipodas, & humi stabulantes
appellat. Vtrum autem illos Hellos uocari oporteat, sicuti Pindarus ait, an Sel-
los, quemadmodum penes Homerum † iacere suspicantur, textus & scriptura

Irrha.
Molosi.
Pyrrhus.

Eleuthera.
Macedonia.

Egnatia uia.
Candauia.

Lychnidus.
Inachus.
Ratous flu.
Achelous flu.
Euenus flu.
Lycormas flu.
Erigon flu.
Tripolis.

Azorus.
Bryanium.
Alalcomene.
Symbara.
Cydria.
Byrsa.
Eginium.
Tymphæi.
Ethicia.

Tricca.
Pæus.
Pindus.
Peneus.
Io fluuius.
Oxynæa.
Europus.
Tamarus.
Polyanus.
Dodonæum or-
aculum.

Hom. Iliad. v.

Helli.
Selli.
ἡέλλοι.

nimirum ambigua confirmare non sinit. Philochorus autem ait circumstantem Hellopiam. Dodong locum, sicut Euboëam Hellopiam uocari, etenim hoc pacto dicere testatur Hesiodum,

ἔσι τις ἑλλοπιῶν πολυήθη δὲ θυλείμων,
φύθαι δὲ δωδώνη. τις ἐπ' ἑχατιῆ πεπόλισαι.

Floribus Hellopiæ pratisq; decora nitescit,
Cuius in extremis Dodone est condita campis.

Putant autem (ut inquit Apollodorus) à paludibus templo circumfusus ita uocari. Poëtam quidem ipsos Hellos nominare existimant. Hellas accipit Hellos eos qui circa templum sunt. Adiecit & templo uicinum amnem Selleentem nomine fluere, cum dixit,

ἢ. β. σ. α. τὴλοθῶν ἐξ ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ σελλήεντος.

Is procul ex Ephyre Selleente actus ab amne.

Ephoras. In Thesprotis autem Ephoras, sed Helienibus interius. Ibi enim fluuium Selleentem esse, in Thesprotis autem atque Molossis nullum. Cæterum quæ de quercu, & quæ de columbis fabulæ uulgantur, & alia huius generis, sicut & de rebus Delphicis, partim poëtici magis sermonis & studij sunt, partim huius de situ orbis tractatus propria. Itaque Dodona pristinis seculis sub Thesprotis erat, similiter & mons Tomarus siue Tmarus (nam utroq; modo dicitur) cui subiectum est oraculum. Tragœdiarum quoq; scriptores & Pindarus Dodonem Thesproticam appellauere, posterior autem ætas Molossorum iuri attribuit. Vates autem Iouis, quos poëta spurcipodas & terrisomnes appellat, à monte ipso Tomaro Tomoros nuncupatos esse dicunt. Sic nonnulli in Odyssæa scribunt, quæ loquitur Amphilochus, qui consilium procis exhibet, ne prius aduersus Telemachum faciant impetum, quàm Iouem perscrutentur,

Dodona.
Tomarus & Tmarus.
Dodona Thesprotica.
ἀντιόποδας.
χαμαιόνας.
Tomori.
Homeri locus.

Ὀδυσ. σ. ubi legitur Amphiloni hæc uerba, nō Amphilochi ut hic citat Strabo.
ὡ μὲν καὶ νήσωσι δῖος μέγαλοιο τιμῶροι,
αὐτὸς τε κτανίω, πόυς τε ἄλλης πάλιν ἀνάξω,
εἰ δ' ἐκ' ἀρτροπέεσι θεὸς παύεσθαι ἀνάγα.

Fila Iouis magni sic ducunt ordine paræ,
Aut Tomori incutiam cædem per membra cruentam,
Ast alios dare terga retro super æquora cogam.
Sin deus auertat, requiem captare iubebo.

Melius enim esse Tomoros, quàm Themistas scribere. Nullo igitur pacto oracula Themistas à poëta dici, sed consilia & publicas institutiones & legum sanctiones, dici autem Tomoros constitutos super Tmaro quasi montis Tomari ad templum custodes. Sanè Iuniores Tomoros dicunt, simpliciusq; Homero capiendū putantes oracula abusive & consilia, ipsa diuinationis imperia & consultationes, ipsaq; uaticinia, quemadmodum decreta, quale & illud est,

Themista.

Ὀδυσ. ε. ἐκ' εὐρύς ὑψικόμοιο δῖος βῆλλω ἐπ' ἀκούσαι.

Et hoc ex quercu alticonia, Iouis consilium hausisse. Ab ipso autem primordio mortales fuerant presagia precinentes, sub quibus & uaticinandi ministri instituti erant, & hoc forsitan poëta ipse declarat de ijs quos Hypophetas uocabant, quibus prophetæ imperabant. Posteriore inde tempore tres designarant aniculas, postquam & Ioui Dione eiusdem templi comes dicata est. Suidas in rebus Thesfalicis fabulosa multa tradit, ad gratiam locutus illincq; translatum fuisse templum inquit,

Ὀδυσ. ε.
Apud Homerū legitur ἀκούση ἢ ἀκούσαι, ut uideatur legisse interpretes.
Hypopheta.
Propheta.
Suidas.

inquit, e Se mutata eni pestate pro Iouem infu

Noctau Lariam ex tam rerum poetas dilig nauium dir tata.



quibus & C tum conscri rant, quem tum etiam us & Hippo foris anima tat, nec hui ætas. Pro uir Nostra u tur oratio, ab cas gentes it mine Ozol Peloponne quidem for uero Thessa ter quos per sum differe eandem qua

inquit, è Scotusa Theſſaliæ. Eſt enim Scotuſa urbs Theſſaliæ Pelafgicæ. Conco-
mitatæ enim plurimæ ſunt ſceminæ, quarum è ſtirpe prognatæ ſunt, quæ hac tem-
peſtate prophetides diuinandi officium gerunt. Quo ex factò Pelafgicum uocari
Iouem inſueuiſſe. Cineas autem longe maiores fabulas contextit.

Scotufa.
Propheides.
Pelafgicus Iup-
piter.

LIBRI SEPTIMI FINIS.

ARGVMENTVM OCTAVI LIBRI.

IN octauo continetur pars Europæ, in qua reliquum dicitur de Macedonia, tota
etiam exponitur Græcia, in qua pertractanda diutius immoratur, propter mul-
tam rerum nobilitatem & locorum, & neglecta & indiſcretæ penes hiſtoricos atq;
poëtas diligenter aperteq; deſcribit, uti ſint eius regionis urbes, ab Homero tam in
nauium dinumeratione, quàm per totam poëſin, alijs multis in locis commemo-
rata.

STRABONIS

GEOGRAPHICORVM

LIBER OCTAVVS.



OSTQVAM peragratis occiduis Europę regionibus que
interno & externo mari continentur, Barbaras etiam eius
nationes, usque Tanain uniuersas circuiuimus, & Græ-
ciæ partem nõ magnã cum Macedonia, nunc Græciæ de-
scriptionem reliquam absoluemus atque reddemus. Eam
Homerus quidem prior, dehinc alijs complures tractaue-
re. Quidam peculiariter uel portus, uel nauigationes, uel
circuitiones terrestres, uel tale aliquid descripserunt, in
quibus & Græcanicæ partes continentur. Quidam uero in communi historia-
rum conscriptione seorsum litoralium locorum demonstrationem literis ostende-
runt, quemadmodum Ephorus egit atq; Polybius. Aliqui autem ad naturæ lo-
cum etiam mathematica quædam assumpserunt huius generis, sicuti Posidoni-
us & Hipparchus. Cum igitur res aliorum recte iudicatæ sint, Homeri dicta cen-
soris animaduersionem postulant, atque indigent, cum poëticum in morem di-
cat, nec huius ætatis loca, sed & illa peruetusta, de quibus permulta obscurauit
ætas. Pro uiribus igitur enitendum, sumpto ubi desiuimus exordio.

Nostra uero ab occasu, ac septentrione ad Epiroticas gentes, ac Illyricas finieba-
tur oratio, ab ortu autem ad Macedonia populos usq; Byzantium. Post Epiroti-
cas gentes itaq; ac Illyricas Græcorum Acarnanes sunt & Ætoli & Locri cogno-
mine Ozolæ, secundū istos Phocenses & Bœotij. His autē obiecto pelago medio
Peloponnesus cõtra respondet, que intra mediū, sinum Corinthiacum accipit, illi
quidem formam exhibens, & ab illo uicissim formam capiens. Post Macedonia
uero Theſſala natio est usq; ad Maleos & alios tam intra isthmum quàm extra, præ-
ter quos permultæ gentes fuere. Supra quidem tot sunt quot linguarum Græcien-
sium differentia nobis perceptæ sunt. Istas ipsas cum quatuor esse constet, Ionicã
eandem quam prisecam illam Atticam asserimus, eius enim ætatis Attici Iones uo-

Acarnanes.
Ætoli.
Locri Ozolæ.
Peloponnesus.
Theſſalia.
Linguarū dif-
ferentia apud
Græcos.
Attici.
Iones.